

IOANNIS HOSMAN PISCOPI MISNENSIS, TRACTATVS

[illegible] Communione sub utraque specie.

[illegible], [illegible]missimis argumentis, ac rationibus re[illegible]tantur opi-[illegible] [illegible]ies quorumcunque asserentium laicalem [illegible] [illegible]nionem, sub vtraque specie fieri debere.

Nunc primùm [illegible] [illegible]sus & in luc[illegible] [illegible]

CVM [illegible] [illegible]LL[illegible]ISSIMO [illegible] [illegible] [illegible]ilium.

[illegible] M [illegible] O.









[illegible]NETIIS, Apud Dom[illegible] [illegible]in Nicolinum. M D LXX[illegible].

REVERENDISS. AC ILLVSTR. D. DOMINO IOHANNI THOMAE,

Coadiutori electo, ac confirmato Episcopo Brixinensi digniss. domino suo clementiss.



VLCHERRIMVM hunc, & longè vtilissimum de cõmunione sub vtraque specie tractatum, quẽ eximius Theologus Ioannes Hofmannus Misnensis Episcopus, aduersus Hussitas nobis reliquit, ea potissimùm ratione Amp. V. volui dedicare, vt illi vel exiguo hoc munere de addictissimi serui gratitudine, & flagranti in fidem catholicam zelo constaret. Idq; eo feci libentius, quòd probè scirem, nihil tam paruũ in hac materia posse offerri, quod Amp. V. vehementer nõ approbaretur: cùm

ca semper fuerit eius animi pietas, & antiquæ fidei pura religio, vt aduersum tot sæuas hæresum pestes, quibus iam tot annos Christi populus grauissimè affligitur, non alia antidoto, non alijs armis sit vsa, quàm assidua librorum catholicorum lectione. Quibus sanctissimis Amp. V. studijs non solùm diuina clementia semper fauit, dum pulcherrimos, in Ecclesiæ Brixinensis gubernatione conatus fœliciter promouet, verumetiam præsens hic author, obsequi voluisse videtur, cum re vera appareat, illum non alia ratione, à iam tot annis, libellum hunc composuisse, quam vt illi vni seruiret, & vt inconcussa eius authoritate, quoties necessitas requiret, aduersus impios hæreticorum insultus, vteretur. Approbabit igitur Amp. V. doctissimi huius theologi libellum, quẽ existimo haud paruam vtilitatem legentibus allaturum. Non solùm enim catholicam fidẽ imbibent, sed etiam qui fuerint circa tempora Constantiensis Concilij (cui Theologus iste interfuit) multarum seditionum

ditionum authores, & quibus coloribus; hæresim de cõmunione sub vtraque specie persuaserint, facilè perspicient. Docet enim quod communicatio simplex, seu laica, sub duplici specie, scilicet panis & vini, non est de necessitate præcepti, seu iuris indispensabilis, seu ad salutem necessaria: sed asserere sic ipsam esse necessariam, esse contra scripturam, contra figuram, contra aliquorum hominum naturam, contra Ecclesiam non errantem, cõtra sanctorum attestationem, contra approbatam consuetudinem, contra sanctorum canonum sanctiones, contra Doctorum Catholicorum intentionem, contra Christianam veritatem, contra Christi voluntatem, contra argumentorum sumptorum ex suppositione fidei, & Ecclesiæ, & doctrinæ sanctorum, euidentem persuasibilitatem, & contra fraternam, qua debemus inuicem diligere, charitatem. Huc accedit, quòd quàm valida, quàm firma quibusve fundamentis innitatur Catholica veritas, perspicuum erit. Cæterùm quid

mirum? fundata est enim supra firmam petram, hoc est spiritum sanctum, à quo veluti fonte veritatis inexiccabili, fluuius originem trahit, cuius dulcissimas aquas sancta mater Ecclesia, diuino afflata spiritu, fidelibus ministrat hauriendam: quod hæreticis perditionis filijs, non creatione, sed malitia, non natura, sed electione, euenire non potest. Quoniam iuxta prophetæ vaticinium, Dereliquerunt fontem aquæ viuæ, foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Fremãt igitur Hæretici, sacras literas adulterent, diabolico furore ducantur, suã temeritatem & insaniam exerceant, cõtra sanctam Ecclesiam, totus se profundat infernus, tamen vt scriptum est, sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & dominus qui dixit, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, tanquam dux fortis pro illa pugnat. Nam si doctrina Catholica figmentis hominum inuenta foret, vtique mortales, eam aliquando non solum impugnare, verumetiam penitus euertere possent:

& quam docet & prędicat ecclesia, non hominum, sed Dei est, dicente Petro, Non enim humana voluntate, allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Et dominus aiebat, Spiritus docebit vos omnem veritatem. Quod si Dei est, sicuti est, potens est Deus vt causam suam defendat, aduersus potestates tenebrarum. Vnus est Deus, vna fides, vnū Baptisma, & ab exordio nascentis Ecclesiæ, vsque ad finem sæculi, unica erit sententia veritatis. Hæretici vero nunquam in eadem sententia permanent, immo quod vnus asserit, alius negat, & quod administratione dignissimum est, idem hæreticus in eadem re sibi aduersatur & contraria sentit, ita vt serpentem imitentur antiquū, colubrum tortuosum, qui nescit stare loco, & quo se vertit, torquetur, & confunditur. Hinc oriuntur seditiones, & quod verbis extollunt, factis impugnant. Ostendant isti, qui se profitentur euangelicos, vbinam in sacris literis legerint: hominibus licere, Dei mi

nistros contemnere; contra sublimiores potestates erigere cornua? Templa prædari, sacra altaria conspurcare, ecclesiarum bona furari, Regna turbare, & denique omnia subuertere? Docuerunt aliquando Christi fidelibus, nec etiam contra Turcas præliari licitum esse, & ipsi sententiæ prioris immemores, aduersus fratres suos iniustè preliantur, eos iugulant, & occidunt: deniq; nil nisi Christum ore profitentur, cum nil minus colant. Clericorum insectantur errores, damnant abusus, morum reformationem maximis laudibus efferunt, & quod Catholicis obijciunt, ipsimet impudenter perpetrare nõ erubescunt. Non negauerim multos abusus tollendos fore, & mores in melius commutandos, verùm nihil ad rem. Quid obsecro habet cõsequentiæ: multi tolerantur abusus, multa peccata perpetrantur, non desunt clerici discoli, idcirco ecclesiasticą disciplina praua est? Itidem eadem ratione, quoniam paucissimi pręceptis euãgelicis obtemperant, igitur euangelium malum erit?

Pręte

Præterea; quia Iudæi non credunt in Christum, ideo fidem Christi vanam esse colligere licebit? quod quam validum sit argumentum, lippis etiam oculis cognitum est. Dicebat Paulus ad Romanos: Nunquid incredulitas illorum fidem euacuauit? Catholici propria facinora humiliter confitentur, & deplorant, seipsos, non legem accusantes: Hæretici autem seipsos defendentes, legem, immo ipsum Deum legis authorem accusant. Iactabant in vulgus Hæretici. O si clerus reformaretur, ò si Romana curia mores in melius commutaret, totus vtique mundus sanctus efficeretur, velint, nolint, vtrumq; magna ex parte, Pio Quinto Pontifice optimo imperante, vidimus, & indies, Deo ita volente, clarius intueri speramus. At ipsi vel ita deteriores euaserunt. Quid igitur aliud expectant? Quid moras trahunt? Idcirco aperta est iniquitas illorum, detectæ sunt insidiæ Hipocriticæ: Probè de illis dixit Esaias: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lōge est à me. Vnum potis-

potissimùm respiciunt hęretici, nempe vt omnes sublimiores potestates tollāt è medio; quibus sublatis omnia subuertuntur. Sed rei ueritas, longius forsan quàm oportuit me digredi compulit Amp. Præsul, cum plura, ex ipsius doctissimi & sanctissimi viri scriptis liceat cognoscere; in cuius libello tanquam clarissimo speculo, patebunt multi hæreticæ prauitatis errores, uirtutisq; eorũ, qui sanctam catholicã & incontaminatã fidem complectuntur. Peto igitur a singulari, & integerrima Amp. V. sapientia & clementia, ut benigno vultu, huius serui sui exiguum munus complectatur. Ego interim Deum precabor, vt honestissimo reformationis desiderio, & sanctissimis cœptis faueat, eiq; diuturnam vitam ad omnium bonorum beneficium largiatur. Brixinæ. Idib. octob. Anno salutis M D LXIX.

Ampl. Vestræ

addictissimus seruus

Iosephus Cerrus
Tridentinus.

INDEX COPIOSISSIMVS
Eorum omnium, quæ in hoc Tractatu, grauiora continentur.

panibus

** Disci-

F

 uatione,

Indignus

Prædi-

cie,

Sacra-

Vbi

FINIS.





M. IOANNIS HOSMAN

SVPER COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE CONTRA HVSSISTAS, TRACTATVS.



EBEMVS inuicem diligere. ſcribitur 1. Ioan.4.ca. originaliter, & legitur tranſumptiue in currentis Dominicæ miſſali officio epiſtolariter. Reuerendi Pater, ac fratres in Chriſto dilectisſimi, cæteriq; præclarisſimi, cum in omni opere, præſertim quod ſalutem reſpicit animarum, implorandum ſit diuinum auxilium, non minus in præſenti, quia in eo principaliter ſalus quæritur animarum, neceſſarium eſt nobis deuotis orationibus diuinum auxilium inuocare. Et, quoniam proceſſus noſtræ ſalutis in dilectione fundatur: quia ſic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt mundus ſaluetur per ipſum, Ioan. 3. Ideo ad matrem pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei, quæ nec in aliis inuocata

deficere solet, vno animo, eodemq; cōsensu, tanquàm fratres inuicem diligētes, cum omni fiducia deuotissime recurramus, vt auxilium Diuinæ gratiæ nobis impetrare dignetur: ipsam salutantes salutatione angelica, dicentes, Aue Maria, gratia plena, &c.

DEbemus inuicem diligere. scribitur libro & cap. vbi supra. Reuerendi, &c. Venerabilis Prosper in libro suo de vita contemplatiua, vtilitatē edisserens dilectionis, inquit, Dilectio summa est actionum bonarum, salus morum, finis cœlestium præceptorum, virtus pugnantium, palma iustorum, mors criminum, vita virtutum, sine qua nullus Deo placuit, cum qua nec quis potuit peccare: quia sicut fluit cera, à facie ignis, sic pereūt vitia à facie dilectionis. Merito igitur nobis omnibus beatus Ioannes dilectionem videtur persuadere, dicens, Debemus inuicem diligere. & subdit Venerabilis Prosper: Dilectio fructuosa est in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martiribus, operosa in omnibus fidelibus, ex qua quicquid est bonis operibus viget. Pulchre igitur admonemur si volumus in bono proficere, quòd debemus inuicem diligere. Vnde secundū beatum Augustinum in Omiliis super prima Canonica beati Ioannis. Dilectio, inquit, mox vt nascitur perfecta est. Et respōdet, vt perficiatur, nascitur,

nascitur, cum nata fuerit nutritur, cũ fuerit nutrita roboratur, & cũ fuerit roborata perficitur. hæc ille. Rationabiliter igitur ad perfectionem dilectionis beatus Ioannes volens nos tendere, dicit, Debemus inuicem diligere. & quia secundum eundem beatum Augustinum in quadam Epistola ad beatum Hieronymum: Dilectio in quibusdam imperfecta est, perfectissima autẽ in hac vita haberi nõ potest. nam vt dicit Glosa super Epistolã ad Eph. Nemo tam perfectus est, quin possit crescere. Vnde & summe virtuosus nemo dicendus est. Ideo nobis singulis in quocunque gradu dilectionis constitutis, non dicit Bea. Ioan. superuacue, Debemus inuicem diligere: perfectio autem dilectionis, qua debemus inuicem diligere, requirit primo latam extensionem: depóscit secundo firmam intensionem: ac poscit tertio multam impensionem. primũ respicit obiectum dilectionis nullum excludentis propter odium: secundum, affectum dilectionis malum sustinentis propter proximum: & tertium, affectum dilectionis bonum impendentis circa proximum. Hæc tria, Venerabiles Patres Domini & Prælati, clerici, sacerdotes & curati, oportet nos fratribus & proximis exhibere si volumus, sicut debemus, inuicem diligere, &c.

DIxi itaque primo, quòd perfectio dilectionis, qua debemus inuicem diligere, latam

requirat extenſionem. Patet hæc propoſitio per illud in Pſal.118. latum mandatum tuum nimis. Vbi dicit Gloſ. Mandatum illud latum, eſt dilectio, in qua nullæ anguſtiæ ſunt, Spiritus ſanctus anguſtam viam facit ire, in qua tota lex pendet & Prophetæ. Et ſubdit Gloſa ad propoſitum, mãdatum dilectionis eſt nimis latum mihi, quia etiam inimicos diligo. Anguſta namq; via per gratiam, eſt nimis lata, vt etiam inimicos diligere faciat. hæc Gloſa. Perfectio igitur dilectionis qua inuicem debemus diligere, latam uidetur extenſionem requirere. Vnde ſecundum Thomam in lib. de perfectione ſpiritualis uitæ, quãto ad plures dilectio extenditur, tanto ipſa magis perfecta videtur. In hac autem dilectionis extenſione triplicem gradum contingit conſiderare, &c.

SVnt enim nonnulli, qui alios diligunt, uel propter beneficia ſibi impenſa. Nam refamulari oportet ei qui gratiam fecit. 2. Ethicorum. & per conſequens ex charitate diligere, uel propter vim naturalis cognationis, quia ſunt parentes, fratres, uel alii amici naturales. uel propter uinculum communitatis ciuilis, quia ſunt eiuſdem ciuitatis municipes, uel quia ſunt ſocii in negociando, uel in militando, uel in quocunque alio artificio. & iſte dilectionis gradus, terminus naturalis, uel ciuilis amicitiæ coarctatur. Vnde

Dominus

Dominus dixit Matth. 2. Si diligitis eos, qui uos diligunt,quam mercedem habebitis? Gloſa, nullam in cœlo. Amare enim amantem naturæ eſt: Vnde & ſequitur, nonne hoc publicani faciunt? Vbi Rabanus ſuper Matth. Peccatores erga ſuos dilectores natura duce uolunt eſſe benefici. Quia vero in hoc gradu primo non eſt dilectionis perfectio: Ideo nos omnes & ſinguli ſacerdotes uidelicet & prælati, altius debemus condeſcendere, ſi uolumus meritoriè inuicem diligere. Sunt inſuper ſecundo alii,qui dilectionis affectum etiam ad extraneos extendunt,dum tamen in ipſis nihil inueniant,quod eis aduerſetur. Et hic quidem dilectionis gradus quodammodo coarctatur ſub naturæ limitibus: quia enim omnes homines conueniunt in natura ſpeciei, omnis homo omni homini naturaliter eſt amicus. 9. Ethicorum. Et hoc manifeſtè oſtenditur in hoc,quod homo alium errantem in uia dirigit,à caſu ſubleuat,ſalutat, & alios huiuſmodi dilectionis affectus impendit. Et iſte gradus dilectionis proximi cum gradu præcedenti honeſtus quidem, & rectus eſſe poteſt. Sed non ex hoc dicitur ſanctus. Sed ex hoc,quia dilectio ꝓximi ordinatur in Deum. Dicitur enim aliquid ſanctum ex hoc,quia ordinatur in Deum. Vnde & altare dicitur ſanctum, quaſi Deo dicatum; & alia huiuſmodi, quæ diuino miſterio mancipantur. Ideo dicit bea. Greg. in Omel. Euãgelio-

rum 2. Amici, parentes, & extranei, sunt in Deo diligendi. Verum in hoc secundo gradu dilectionis, adhuc non stat perfectio eius. Ideo dilectio ad extraneos habẽda, in nobis magis debet abundare, si perfectè debemus inuicem diligere. Et insuper tertius gradus dilectionis ut dilectio proximi, &c. ad inimicos extendatur dicẽte Domino, Mat. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt uos. Hæc autem dilectio non comprehẽditur intra limites naturalis dilectionis. Nam quia quibus homo naturaliter se ipsum magis quam alium amat, eo quòd amicabilia, quæ sunt ad alterum, ueniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum. 8. & 9. Ethicorum: Ideo ex eadem radice procedit, ut aliquid diligatur, & eius cõtrarium odio habeatur. Quia primo homo naturaliter seipsum diligit, naturaliter inimicum sibi contrarium odit. Vnde dicit beatus Chrisostomus, super Math. in opere imperfecto, sicut quod dictum est, Nõ concupisces, non dictum est ad carnem, sed ad animam: sic hoc, Diligite inimicos uestros. Caro quidem inimicũ suum diligere non potest: quando enim uocemur ab aliquo & si sentimus odium & exequi nolumus cognoscere, qa caro odit inimicũ, anima uero diligit. hæc ille. & quia secundum Remigium super Matt. Perfectio dilectionis ultra dilectionem inimicorum non potest procedere: Ideo postquam præcepit Dominus dili-

gere

gere inimicos, in hoc gradu perfectionem dilectionis demonſtrans, concludit ſubdens: Eſtote ergo perfecti, ſicut Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. ut omnipotẽs homo autem, ut ab omnipotenti adiutus. hæc ille. huiuſmodi enim inimicorum dilectio ſecundum bea. Thomam, vbi prius, deriuatur directè ex ſola diuina charitate. In aliis enim dilectionibus ad diligendum manet aliquod aliud bonum puta uel beneficium exhibitum, uel cõmunio ſanguinis, uel unitas ciuitatis, aut aliquod huiuſmodi. Sed ad diligendum inimicos nihil monere poteſt, niſi ſolus Deus. Diliguntur enim, inquantum ſunt Dei, quaſi ad eius imaginem facti, & ipſius capaces. Et quia charitas Deum præfert omnibus aliis bonis, non conſiderat, cuiuſcunque boni temporalis detrimentum, quod ab hoſtibus patitur, ad hoc quod eos odiat, ſed magis conſiderat diuinum bonũ, ut eos diligat. Vnde quanto perfectius uiget in homine charitas Dei, tanto facilius animus eius flectitur, ut diligat inimicum. hæc ille. Et licet omnibus hominibus dilectio huiuſmodi inimicorum ſit aliquo modo cõſulta, & aliquo modo præcepta, præcipuè tamen ſacerdotibus & prælatis. Vnde beatus Cirillus dicit, Conueniens erat huiuſmodi conuerſatio. ſ. diligere inimicos & eis benefacere, prælatis & doctoribus ſanctis, qui prædicaturi erant ubique terrarum ſalutarem ſermonem, quos ſi contingeret uelle recipere de

persequentibus vindictam, omisissent eos ad cõgregationem ueritatis uocare. hæc ille. Quia igitur vos Venerabiles Patres & fratres carissimi, estis super alios tanquam rectores & doctores constituti, ut ualeatis amicos & extraneos, necnon inimicos ad cognitionem ueritatis docendo, & bonis exemplis dilectionem uestram extendendo, inducere, debetis inuicem diligere. & tantum de primo principali, &c.

DIxi denique secundo, quòd perfectio dilectionis, qua debemus inuicem diligere, firmam deposcit intensionem. patet hoc per illud 1. Ioann. 3. Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere, & ueritate, vbi Glo. dicit. In uerbo pura locutio non opus, in lingua multiplex oratio intelligitur, sicut quidam sæpe repetitis sermonibus affectum suum commendant. hæc ibi. Et Apostolus scribit ad Philippen. primo. Cupio uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Glosa. Idest, in intimo amore Christi, ut ab eo perfectè diligamini, vel eo affectu diligatis Deum & proximum, quo Christus, qui animam suam posuit. hæc Glo. Et ita intésiuè nos dilexit. Quare perfectio dilectionis, qua inuicẽ diligere debemus, firmam deposcit intensionem. Quanto autem intensius aliquid diligitur, tãto facilius alia propter ipsum contemnuntur. ut dicit bea. Thomas in Tractatu, Vbi prius, &c. Ex his ergo, quæ

quis

quis propter dilectionem proximi contemnit, conſiderari poteſt an talis dilectio ſit perfecta, uel intenſa. Huius autem intenſionis & perfectionis, triplex gradus inuenitur.

Primus eſt, vt quis exteriora bona contemnat propter proximorũ dilectionẽ, ea vel particulariter proximis adminiſtrans, vel totaliter omnia erogans neceſsitatibus proximorũ. primum eſt bonũ, ſed melius eſt ſecundũ, dicente bea. Auguſtino in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 3. Bonum eſt facultates cum diſpẽſatione pauperibus erogare; melius eſt, pro intentione ſequendi Dominũ ſemel donare, & abſolutum à ſolicitudine cũ Chriſto egere. hæc ille. Hunc charitatis gradũ Apoſtolus tangere uidetur, dicens, Corinth. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. Et Can. 8. dicitur. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet. Et Saluator innuit hũc gradum, dicẽs cuidã Iuueni, Matt. 19. Si vis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni & ſequere me. Ad eundem dilectionis gradum pertinet, ſi quis damnum in exterioribus rebus pati nõ recuſat, propter dilectionem proximi. Vnde Apoſtolus cõmendat quoſdã ad Heb. 10. dicẽs, Vinctis cõpaſsi eſtis, & rapinam bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Glo. Vinctis qui nõ poterant ſibi neceſſaria quærere compaſsi eſtis ſubmini-

ſtrando

ſtrando neceſſaria, pro qua cauſa veſtris vobis ablatis gauiſi eſtis. Ab hoc autem gradu dilectionis deficiunt, qui de bonis, quæ habent, proximis neceſſitatem habentibus non curant ſubuenire. Vnde prima Ioan.3. dicitur. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem patientem. Gloſ. Victus uel ueſtitus, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, ut non cõpatiatur miſeriæ illius, uel nihil det etiam ſi compatiatur, q̃uo charitas Dei manet in eo? quaſi diceret, nullo modo. Nos autem dilectiſſimi, ne in dictis hunc gradum dilectionis concernentibus deficiamus, debemus neceſſitatibus proximorũ indeſinenter ſuccurrere, ſi uolumus mandatum de dilectione beati Ioannis, imo quod uerius eſt, Chriſti Domini noſtri, adimplere, quo iubemur inuicem diligere. Sed tamen in hoc primo gradu non eſt adhuc completa intenſio dilectionis. Et ideo ſecundum bea. Thomam, ubi prius.

Secũdus gradus dilectionis eſt, ut quis corpus ſuũ laboribus exponat propter proximorũ dilectionem. cuius rei exemplũ Apoſtolus in ſeipſo oſtendit, cum dicit. 2. ad Teſſalon. 3. In labore, & in fatigatione nocte & die laborantes. Et ſecũda Corinth. 11. In labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, & in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Ad eundem ſecundum gradum pertinet ſi quis tribulationes & perſecutiones propter proximorum amorem pati non recuſat.

Vnde

Vnde Apostolus dicit de seipso 2.ad Corinth.1. Siue tribulamur pro uestra scilicet exhortatione & salute est. Et 2.ad Thimo.1. Laboro usque ad uincula, quasi male operans. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequã tur. Ab hoc autem gradu secundo deficiunt hi sacerdotes & prælati, qui de suis deliciis nihil omittunt, aut aliquid incommodi sustinent, nec sustinere uellent proximorum amore. contra quos dicitur Ezech.13. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis uos murũ pro domo Israel. Et quoniam nos prælati & sacerdotes sumus Apostolorũ successores, ideo oportet nos pro ueritate mente & corpore fatigari, & si opus esset, ipsam defensare ad comprobationem dilectionis proximorum. Quare in hoc secundo gradu dilectionis non debemus deficere, sed potius inuicem diligere. Insuper ultra hunc gradum dilectionis est adhuc

Tertius ille, scilicet, ut aliquis animam suam pro fratribus ponat, uel saltem ponere sit paratus. De hoc dicitur 1. Ioã.3. In hoc cognouimus charitatẽ Dei quemadmodũ ille pro nobis animam suã posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Glos. Propositis multis rationibus de habẽda charitate, tãdem supponit de charitatis perfectione sub exẽplo dominicæ passionis. Quia non est perfecta charitas in eo qui animam suam non ponit pro fratribus. vltra

hunc

hunc gradum, dilectio proximi non potest intẽdi. Dicit enim Saluator, Ioã. 15. Maiorem charitatem hac nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. In hoc gradu tertio perfectio mutuæ fraternæ dilectionis constituitur. in hoc gradu Apostolus stetit, cũ dixit 2. ad Corin. 12. Ego libentissime impendam & super impendar ipse pro animabus uestris. Vbi Glosa. Perfecta charitas est, ut quis libenter paratus sit etiam pro fratribus mori. ad eandem dilectionis perfectionem pertinere uidetur, ut aliquis se ipsum præparet seruituti corporali subiici propter amorem proximi. Conditio enim seruitutis habet quãdam mortis similitudinem, quasi mors ciuilis. Primus autem istorum graduum, est quædam dispositio ad hunc tertium. Vnde dicit Beda super 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, &c. Si uel ex temporis opportunitate, vel ex humana infirmitate nõ contingit animas ponere, debemus saltem res misericorditer pro fratribus deponere. & hoc est nutrimentum charitatis, quia qui didicit rem suam dare, quandoque poterit seipsum deponere. hæc ille. In his igitur gradibus intensionis mutuæ fraternæ dilectionis nos omnes & singuli debemus abundare, ut possimus charitatiue inuicem diligere. & tantum de secundo principali.

Dixi tandem tertio, qđ perfectio dilectionis, qua inuicẽ diligere debemus, multã poscit impensionem.

pensionem: Probatio enim dilectionis secundum beatum Gregorium in Omelia Euãgeliorum. 30. exhibitio est operis: nunquam enim amor Dei est ociosus: operatur enim magna, si est. Si autem operari renunciauerit, amor non est. hæc ille. perfectio igitur mutuæ dilectionis multam poscit impensionem. quare secundum beatum Thomam in tractatu ubi prius, Quanto maiora bona proximis impendimus, tanto perfectior dilectio esse uidetur. In hac autem operum erga proximum impensione, sunt tres gradus considerandi.

Primus, sunt enim nonnulli, qui proximis obsequuntur in corporalibus bonis: puta qui uestiunt nudos, pascunt famelicos, infirmis ministrant, & alia huiusmodi misericordiæ opera faciunt corporalia, quæ sibi Dominus reputat exhiberi, uidelicet Matth. 25. hi ergo sunt constituti in primo gradu. Nos autem prælati & sacerdotes, in his misericordiæ operibus debemus nos frequenter excitare, ut ualeamus ad altiora conscendere, & perfectius inuicem diligere.

Secundus. sunt denique secundo aliqui, qui spiritualia bona proximis largiuntur, quæ tamen non excedunt conditionem humanam, sicut qui docet ignorantes, consulit dubios, & reuocat errantem, & alia huiusmodi. De quo gradu commendatur beatus Iob. 4. cap. libri sui.

Ecce

Ecce docuisti plurimos & manus lassas roborasti, uacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. In hoc secundo gradu dilectionis mutuæ possunt esse communiter Christiani exercētes se erga proximos in virtutibus moralibus, quas describunt philosophi. Vos autem Venerabiles Patres, fratres in Christo Reuerendiss. nō solū estis simplices Christiani, quin potius ultra hoc debetis esse morales & Theologi, ut possitis decētius inuicē diligere.

Tertius. Sunt insuper tertio aliqui qui bona spiritualia & diuina supra naturā & rationē existētia proximis largiuntur, s. doctrinā diuinorū, manuductionē ad Deū, & spiritualium sacramētorum communicationem. De his bonis Apostolus facit mentionem dicens de seipso ad Gala. 3. Qui scilicet Paulus tribuit vobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis. Et 2. Corin. 11. Despondi vos vni viro Virginem castam exhibere Christo. Et ad Thess. 2. Cum accepissetis à nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud non ut uerbum hominū, sed sicut est vere verbum Dei. huiusmodi autem bonorum impensio ad quandam singularem perfectionem pertinet fraternæ & supernæ dilectionis: quia per hæc bona homo ultimo fini coniungitur, in quo summa hominis perfectio consistit. Vnde ad hanc perfectionē ostendendam dicit Iob. 34. De sanctis doctoribus & prædicatoribus. Núquid nostis semitas nubium

magnas

magnas & perfectas scientias?ubi per nubes secũdum bea. Gregor. in Glosa, sancti prædicatores intelliguntur. Habent autem illæ nubes semitas subtilissimas, secundũ sanctæ prædicationis vias, & perfectas scientias, dum de suis meritis se nihil esse sciunt, quia ea quæ proximis impendunt, supra ipsos existunt. Additur autem ad hãc perfectionem, si huiusmodi spiritualia bona non vni tantum uel duobus, sed toti multitudini exhibeãtur fidelium, quia secundũ philosophum 1. Ethicorum. Bonum gentis perfectius est, & diuinius quam bonum unius. Vnde & Apostolus dicit ad Eph. 4. c. Dedit quosdã quidẽ Apostolos. Glos. Vicarios prædicationis suæ. quosdã aũt Prophetas. Glos. Scripturarũ interpretes. In nouo enim testamẽto prophetæ dicuntur explanatores scripturarũ. Alios uero Euãgelistas. Gl. Euãgelistæ, diaconi sunt. Alios autem pastores & doctores. Glosa. Vt Episcopos qui uerbo & exemplo docere debent ad cõsummationem sanctorũ. Glos. Vt cõsummãt eos, qui iam sunt in opus ministerii. Glos. Vt quisq; posset plenè facere opus ministrationis sibi traditæ. Si enim omnia unus facere deberet, non perfecte singula ageret. Et hoc in ædificationẽ corporis Christi. Gl. Vt ædificẽt eos in corpus Christi, qui adhuc sunt alieni. In corpus quidem Christi misticum, quod est unitas ecclesiastica omnium fidelium in Christo. A qua tamen ecclesiastica unitate quidam moderni

derni temporis homines pestilentes, mente corrupti, doctrinis uanis & superstitiosis inhærentes, nescio quo spiritu uanitatis & erroris ducti, recedunt, auertentes à sana doctrina ecclesiæ & doctorum sanctorum, auditum. Et secundum similitudinem serpentis & aspidis surdæ, obturantes aures cordis prudentiæ suæ. Innitentes spiritualia sacramenta aliter quam debent ministrãtes, signãter laicos sub duplici specie, scilicet panis & vini cõmunicando, dogmatizantes hanc cõmunicationem esse iuris diuini indispẽsabilis, & de necessitate salutis, puram multorum & sinceram fidem multipliciter turbando, quorum professio secundum Magistrum in prologo libri sententiarum est, magis placita quam docenda. habent enim fucum sapientiæ in superstitione, quia fidei deuotionem sequitur hipocrisis mendax, vt sit uel in uerbis pietas, quã amiserit conscientia, ipsamq; simulatam pietatem plurimorũ verborum mendacio impiam reddunt, falsæ doctrinæ institutis fidei sanctitatem corrũpere molientes, auriumq; pruriginem sub nouello sui desiderii dogmate aliis ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine fœdere bellant. Inter ueri namq; assertionem & placiti defensionem pertinax pugna est, dum se & ueritas tenet, & se uoluntas erroris tuetur. hæc ibi. De quibus dicit Princeps Apostolorum beatus Petrus, 2. Petri. 2. capit. Magistri mendaces introducentes

centes ſectas perditionis, & eum qui eruit eos Deum negant ſuperducentes ſibi celerem perditionẽ, per quos via veritatis blaſphematur, maledictionis filii, derelinquentes viam rectam, errauerunt, ſecuti viam Baalam Exboſoz qui mercedem iniquitatis amauit. hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Hos autem ſingulos repellit & cõfutat eccleſiæ Catholicæ approbata conſuetudo, & eiuſdem determinatio atque ſanctorum Doctorum ſimulque ſcholaſticorum multiplex atteſtatio, multis vulgariter & varie nota. quos in hac materia profunda & multum ardua ſequendo, dico ſub proteſtatione laudabili ſæpius per me poſita, quam hic habere uolo pro repetita, imo uſquequo vixero in humanis, quòd cõmunicatio ſimplex ſeu laica ſub duplici ſpecie. ſ. panis & vini non eſt de neceſſitate præcepti diuini, & iuris indiſpẽſabilis, ſeu ad ſalutẽ neceſſaria. ſed aſſerere ſic ipſam eſſe neceſſariã, eſt contra ſcripturam, cõtra figuram, contra aliquorum hominum naturam, contra Eccleſiam non errantem, contra ſanctorum atteſtationem, contra approbatam conſuetudinem, contra ſanctorum Canonum ſanctionem, contra Doctorum Catholicorum intentionem, contra Chri-

ſtianam vnitatem, contra Chriſti uoluntatem, contra argumentorum ſumptorum ex ſuppoſitione fidei & Eccleſiæ & doctrinæ Sanctorum, euidentem perſuaſibilitatem, & contra fraternam, qua debemus inuicem diligere, charitatem. Pro quorum clariori intelligentia, præmittam primo aliqua notabilia. Secũdo, deducam per ordinem ſingula hæc mẽbra. Tertio, addã quare modum cõmunicandi ſub vtraq; ſpecie immutauit Eccleſia Romana. Quarto, ſubiungam ſolutiones auctoritatum & rationũ, quibus ſe munit pars aduerſa. Et quinto, inferã ex dictis aliquã correlaria. Pro materia primæ partis, eſt primo notandum, ex quo ſæpius in præſenti materia fit mẽtio de illo termino Eccleſia, & quia propter æquiuocationem eius multi decipiuntur: Ideo conueniens eſt ſignificationem eius non ignorare. Sumitur autem Eccleſia ſex modis. Primo pro templo materiali, in quo laudatur & glorificatur Deus, vt in Pſal. 25. In Eccleſiis benedicam te Domine. Secũdo accipitur pro congregatione malorũ & iniquorum hominum, vt hæreticorum, ſciſmaticorum Vuitcleffiſtarum, & Husſiſtarũ, & ſic accipitur abuſiue, & ideo nõ meretur dici Eccleſia ſimpliciter, ſed cũ determinatione diſtrahente, ſcilicet Eccleſia malignantium, & cum impiis non ſedebo. Tertio ſumitur pro concilio generali in facto fidei vel Eccleſiæ congregatæ. Poteſt autem

Concilium generaliter sic describi. Est congregatio legitima auctoritate facta ad aliquem locū ex omni statu Ierarchico totius Ecclesiæ Catholicæ, nulla fideli persona, quæ audiri requirat, exclusa, ad salubriter tractandum, & ordinādum ea, quæ ad debitum regimen eiusdē Ecclesiæ in fide & moribus requiruntur, & sic Ecclesia accipitur Actuum 15. cum dicitur, Placuit Apostolis & Senioribus, cū omni Ecclesia eligere viros & mittere Anthiochiam cum Paulo & Barnaba. Et per talem ecclesiam Concilia sunt instituta, quibus parēdum & obediendum est. Vnde beatus Augustinus ad Cassulanum presbyterū dicit, In his rebus de quibus nihil certi statuit Diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege sunt habenda: & sicut præuaricatores Diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi sunt, tunc à fortiori contemptores Canonum & Conciliorū, sicut sunt moderni imitatores Diaboli Hussistæ videlicet, & Vuitcleffistæ dicentes epistolas & determinationes Apostolicorum & Conciliorum esse Apocrifas. Contra quos dicit beatus Augustinus. 11. libro contra Faustum, & in libro contra Epistolam fundamenti, Ego Euangelio non crederē, nisi me ecclesiæ Catholicæ auctoritas cōmoueret. Notum est autem, quòd plures Euangelia scripserūt, vt Thomas, Matthias, Nicodemus & alii, ex quibus tantum quatuor auctorita-

tis habent testimonium, ut dicit beatus Hieronymus in prologo super Matt. Vbi post pauca subdit. Vnde & aliorum euangelia deciderunt, nec recepta sunt, eo quod testimonium ab ecclesia & auctoritatem nō habuerunt. Et magister Nicolaus de Lyra, in expositione eiusdem Prologi super Matt. dicit quod aliqui scripserunt euangelia sub nomine uerorum Apostolorum & Christi discipulorum, immiscētes ibidem falsitates, vt facilius fideles deciperent. & ad hoc euitandum quatuor euangelia quorum scriptores certi sunt & noti auctoritatis habent testimonium, ut dicit Hieronymus. hoc autem testimonium non est omnium fidelium, cum tales simul nūquam fuerunt congregati, quando hæc quatuor & non alia approbauit, & acceptauit ecclesia. Sed ipsius proprie, cum Concilio coepiscoporum & maiorum, ad hoc acceptandum & approbandū in nomine Christi congregatorum. Talis igitur ecclesiæ commonitus auctoritate dicit bea. Augustinus se euangelio non credere, & non aliter ut est præallegatum. Quarto accipitur pro prælatis & maioribus, qui præsunt in ecclesia, vt sunt Papa, Cardinales, Patriarchæ primates, Archiepiscopi & Episcopi, & alii superiores Prælati. Et illo modo sumitur, Matth. 18. ubi dicitur. Si te non audierit, dic ecclesiæ, idest Prælatis ecclesiæ, quam si nō audierit, sit tibi, sicut ethnicus & publicanus. Non potest autem intelligi ibi per

eccleſiam totā multitudo fideliū, nec ipſa cōmunitas laicorum, quia prima nunq̄ poſſet cōportari pro fratrum correctione. Ad ſecundum autem, ſcilicet communitatem laicorum, non pertinet auctoritatiua correctio in factis eccleſiaſticis, ſed ad ſolos prælatos, licet ad omnes fraterna, & de utraque loquitur Saluator, vbi ſupra, dicens: Si peccauerit in te, ſcilicet, qui te ſolū læſit, uel quia te ſolo ſciente peccauit frater tuus, fide uel ordine, uade & corripe ipſum inter te & ipſum ſolum. Gloſ. interlinearis, ne publice correptus perdat uerecundiam. Si te audierit pœnitēdo & ceſſando à peccatis, lucratus es fratrem tuum, & animam fratris tui, & eius reuocatio cedet tibi in lucrum ſpirituale. Gloſ. interlinearis, per ſalutē alterius ſalus tibi acquiritur. Si autem te non audierit, ideſt correctionem ſecretam non ſuſceperit, adhibe. Gloſ. interlinearis, ſtudio corrigendi uel conuincendi ſub teſtibus, tecum unum uel duos. Ecce fraterna correctio. Et ſubditur, quòd ſi non audierit, ſcilicet te & eos, dic eccleſiæ, ideſt prælatis, qui habent officium ex auctoritate corrigendi. Si autē eccleſiam non audierit præceptum prælati contemnendo, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, ideſt, ſeparetur ab aliis fidelibus per excommunicationem & cenſuram eccleſiaſticam, & tunc deuita eum tāquam excommunicatum. Et quod p̄lati poſſunt talia incorrigibilibus inferre, patet

per hoc quod subditur, Amen, idest, fideliter dico uobis, quæcunque alligaueritis uinculo anathematis super terram, idest, in Ecclesia militante, erunt ligata & in cœlis, idest, talis sententia confirmatur diuino iudicio. Et quæcunq; solueritis super terram reuocando ad Ecclesiæ unitatem, erunt soluta & in cœlis: quia Deus talia approbat, si iudiciũ ecclesiæ nõ errat. Ex quibus sequitur contra Husfistas & Vuitcleffistas, quòd in utroque foro, scilicet conscientiæ & contentioso, Prælati habẽt auctoritatem super sibi subiectos. In foro enim conscientiæ habent absoluere à peccatis & ad pœnam ligare. & hoc conceditur eis Matt.16.ubi dicitur. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunq; solueris super terram, erit solutũ & in cœlis. Et 20. Quorum remiseritis peccatã remittuntur eis. In foro autem contentioso habent ligare uinculo anathematis, & absoluere à uinculo excommunicationis. Et hoc conceditur eis Matth.18. Quæcunque alligaueritis, &c. Quinto, accipitur ecclesia pro uniuersali & totali congregatione omnium prædestinatorum, siue fidelium, qui sunt in charitate formata uniti, & spiritu Christi uiuificati. Vnde Apostolus, Qui non habet spiritum Christi, hic nõ est eius. Et illo modo loquitur de ecclesia, Venerabilis Hugo de sancto Victore, lib. 2. de Sacramentis, parte secunda, dicens. Ecclesia sancta corpus

Christi,

Christi, eius uno spiritu uiuifica, & uincit fide sanctificata, & huius corporis membra singuli quiq; fidelium existunt, omnes corpus unũ sunt propter spiritum unum & fidem unam. hæc ille. Sic etiam sæpe alii loquuntur doctores de Ecclesia. Hæc autem ecclesia non est in officio & auctoritate cognoscendi & diffiniendi caussas catholicas & ecclesiasticas, cum nunquam talis fuerit simul cōgregata, nec scitur de aliquo uel aliquibus, qui sit prædestinatus uel prædestinati. Et sic nulli uel nullis esset standum in materia catholica uel ecclesiastica. Ideo necessarium est pro regimine ecclesiæ in tali officio esse manifestos & veros successores principis Apostolorum Petri, & collegii aliorum Apostolorum, nec alii tales successores, nisi Papa & Cardinales aliorũque prælatorum collegium dari vel reperiri possunt super terram. Etiam si præfata ecclesia esset in officio huiusmodi, seqtur quòd nulla fuisse determinatio Sanctæ Matris Ecclesiæ huc usque facta, nec fieri posset, nec aliquod Conciliũ celebratum, eo quòd nunquam hæc multitudo fuit congregata, nec congregari potest modo humano, cum nullus sciat, nedum de alio, sed etiam de seipso an sit in gratia, uel in odio, & an sit de prædestinatis vel præstitis. hoc autem dicere est ualde erroneũ, irrationabile, & stolidorũ Vuitcleffistarum & Husſistarum. Sexto accipitur ecclesia pro communitate omnium baptizatorum,

credulitatẽ duodecim articulorum fidei habentium. Illo modo Saluator comparat regnum Cœlorum.i.ecclesiam militantem decem virginibus prudentibus & fatuis, Matth.25. Et iterũ agro seminato, in quo crescit triticum & zizania, Matth.13. Ideo dicit beatus Gregor. in Omelia euangeliorum. 38. Hæc autem uita, quæ inter Cœlum & Infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita vtrarumq; partium ciues communiter respicit. quos tamen sancta ecclesia indistincte suscipit, & postmodum in egressione discernit. hæc ille. Item Omelia.11.Euangeliorum super id Matt.13. Simile est Regnum Cœlorum sagenæ missæ in mare, dicit: Sancta Ecclesia sagenæ comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum Regnum à præsentis seculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profundo mergatur. Quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, pauperes & diuites, fortes & infirmos uocat. Et infra. Nunc enim bonos malosque communiter, quasi permixtos pisces fidei sagena cõtinet. Sed littus Sanctæ ecclesiæ, iudicat quod sagena trahebat. Idem in Omelia. 12. euangeliorum super illo Matth.25. Simile est Regnum Cœlorum decem virginibus. Dicit, Ecclesia decem virginibus esse similis denunciatur, in qua quia mali cũ bonis, & reprobi cum electis cõmixti sunt, recte

virginibus

virginibus ſimilis prudentibus & fatuis eſſe perhibetur. Et beatus Auguſtinus in libro de fide ad Petrum cap.43.dicit, Firmisſime tene & nullatenus dubites, Archam Dei eſſe eccleſiam, & in ea uſque in finem ſeculi frumento permixtas paleas contineri, & in omni profesſione ſiue clericorum, ſiue laicorū, ſiue monachorum bonos eſſe ſimul & malos, nec pro malis bonos eſſe deſerendos, ſed pro bonis malos inquantum exigit fidei & cōmunitatis ratio tollerandos. Et Chriſtus ſuper illo Matth. 22. Congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, dicit: Eccleſia media eſt inter cœlum, quod locus tantum bonorum, & Infernum, qui eſt locus tantū malorum: quia ipſa indifferenter bonos & malos colligit. quod ſignificatū eſt in Archa Noe, ubi animalia mitia ſimul cum immitibus fuerunt. Et quoniam in ſequentibus ſæpe mentio fit de Eccleſia Romana & Catholica: Ideo ſecundo notandum, quòd eccleſia Romana ſumitur dupliciter, uno modo materialiter, alio modo formaliter. Primo modo tripliciter, uno modo pro lapidibus & lignis eccleſiæ ſancti Petri in Roma. Et ſic raro doctores utuntur illo termino. Secūdo capitur eccleſia Romana, pro Romano Pontifice & eius aſſeſſoribus Cardinalibus & Epiſcopis conſiliariis & doctoribus. Et huius eccleſiæ Romanæ Papa eſt caput, Cardinales oculi, cæterique Prælati & Doctores & ſinguli ſpirituales

dicuntur membra & corpus eiusdem ecclesiæ. Tertio sumitur Romana Ecclesia pro congregatione omnium fidelium subiecta Romano Pontifici, à quo & à suis assessoribus pluit regimen, & ordinatio in omnes fideles. Alio modo capitur Ecclesia Romana formaliter pro constitutionibus, decretis, & statutis, consuetudinibus & ordinationibus, & obseruationibus, quæ procedũt ab ipso Romano Pontifice & suis assessoribus Cardinalibus, Episcopis, Doctoribus & Prælatis. Et describitur Ecclesia Romana formaliter capta, sic. Est statutorum, constitutionum, ordinationum, decretorum, consuetudinum procedentium à summo Romano Põtifice, & assessoribus Cardinalibus, aliisque Episcopis, Prælatis, Conciliis & Doctoribus consulentibus circa fidem & regimen fidelium ordinata & perseuerãs ordinatio. Et sic capiendo Romanam Ecclesiã formaliter ipsa præsupponit Ecclesiam Romanã materialiter. Secundo modo captam tanquam agens principale requisitum ad introductionem Ecclesiæ Romanæ formaliter captæ. Tertio notandum, quòd Ecclesia uno modo attẽditur quo ad collectionem omniũ fidelium absolute & simpliciter, & sic vocatur Catholica, idest uniuersalis, à cathôs Græce, quòd commune seu uniuersale Latine: hoc est collectio omnium fidelium. Secundo modo quo ad regimen & directionem. Et illo modo Romana Ecclesia uocatur uniuer-

salis.

salis ratione regiminis, & sic unica est Ecclesia in collectione & regimine secundum rem, licet diuersa sortiatur nomina, scilicet catholica & Romana, quæ non conueniunt, & differunt. Cōueniunt in hoc, quia utraque est fidelium, & credentium collectio. Differunt autem ab inuicem quatuor modis. Primo, quia Catholica dicitur mater collectionis fidelium. Sed Romana dicitur mater regiminis fidelium. Secundo catholica habet se ut totum, Romana autem ut pars eius dignior & nobilior. Tertio, Romana continetur in catholica, sed nō uice uersa. Quarto, Romana habet se ut rex, catholica ut regnū. Romana ut rector nauis, catholica ut flūctuans nauis. Romana ut anima, catholica ut corpus, quæ patent per quandam similitudinem. Nam sicut regnum per regem regitur, sic catholica per Romanam. Vel, sicut rex habet se in medio catholicæ undiquaq; regens catholicam obedientem, idest, sicut nauis fluctuans, siue rector periclitatur, sic catholica sine regimine Romanæ est periclitabilis. Et sicut anima dum corpus regit corpus bene regitur, & non econuerso. Sic dum Romana catholicam regit, & non econuerso. Et si quandoq; Ecclesia Romana dicitur catholica ut in tali locutione, Ego sum de fide Romanæ, idest Catholicæ Ecclesiæ: hoc est ratione regiminis & directionis intelligēdum, quia Romana regit & dirigit catholicam. Quarto, notandum

dum quod in symbolo Niceno tāgūtur quatuor conditiones Ecclesiæ. Prima, quòd ipsa sit una secundum illud Cant.6. Vna est columba mea: Ideo dicitur in symbolo, & in unā. Vnde beatus Bernardus in Epistola ad Petrum dicit, Domus sponsæ suæ Ecclesiæ nobile indulsit dotalicium, ut ipsa tanquam columba unica teneret memoriale dilecti sui. Et bea. Augustinus dicit, & habetur. 24.q.1.Scisma.corpus Christi constat esse Ecclesiam, quæ in duo diuidi non potest. Vnitas autem illa Ecclesiæ ex tribus causatur. Primo ex unitate fidei: omnes enim Christiani idem credunt corde, & ore confitentur. Ideo dicit Apostolus ad Eph.4. Vnus Deus, una fides, unū baptisma. Secundo, ex unitate spei, quia omnes firmati sunt in una spe perueniendi ad uitam æternam. Ad Ephes.4. Vnus spiritus & unum corpus in una spe uocationis. Tertio, ex unitate charitatis, quia Ecclesia omnis conuenit in amore Dei, & etiam ad inuicē in amore mutuo; secundū illud Ioā.17. Volo quòd unum sitis, sicut ego & Pater unū sumus. Secunda conditio quòd sit sancta: Ideo in symbolo dicitur, Sanctā. Et dicitur sancta, quia sanguine Christi tincta & purificata, uel quia multi sancti fuerunt & sunt in ea; uel dicitur sancta propter regimē Spiritus sancti, qui ipsam regit: Et ideo in symbolo prædicto statim post articulū de Spiritu sancto, iubemur credere unā sanctam Catholicā & Apostolicam

ſtolicā Eccleſiam. Tertia conditio, quòd dicitur catholica, ideſt uniuerſalis. & hoc primo quantum ad locū, quia per totum mundū eſt dilatatā. Eccleſia enim eſt cōgregatio fidelium. fides aūt in mundū eſt diſperſa. Vnde Mar. vltimo. Eūtes in mundū uniuerſum prædicate Euāgelium, &c. Et Pſal. 18. In omnem terrā exiuit ſonus eorum. Secundo dicitur uniuerſalis quantum ad conditiones hominum, quia nullus abiicitur, nec maſculus, nec femina, non dominus, nec ſeruus, nō diues, nec pauper. Tertio quantum ad tempus, quia uſque in finem ſeculi durabit. Quarta conditio quòd dicitur Apoſtolica, ideſt firma ratione doctrinæ Apoſtolorum, quia per documenta Apoſtolica in unitate fidei ſunt adunati. Et bene dicitur Apoſtolica, ideſt firma, q̄a habet firmum fundamentum, ſcilicet Chriſtū. prima ad Cor. 4. Et fundamētum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Fundamentum autem ſecundarum ſunt Apoſtoli: Et ideo dicitur Apoſtolica, ideſt firmiter in Apoſtolis fundata. Vnde Apoc. 21. dicitur. Ciuitas habebat duodecim fundamēta, & erāt ibi ſcripta nomina duodecim Apoſtolorum. Ideo ad deſignandum firmitatem eccleſiæ vertex vocatus eſt Petrus, ideſt firmus. firmitas autem eccleſiæ apparet, quia nullo modo potuit à tyrannis & peccatoribus deſtrui, imo in perſecutionibus magis creuit, quia fundata erat ſupra firmam

petram

petram, ideft, Chriftum. Ex his notabilibus fequuntur correlaria, &c.

PRimum tantum una & per fe diuifa eft Ecclefia, patet ex notabilibus prædictis, & præfertim ex notabili. 4. Et probatur ratione. ficut unus eft Chriftus, qui unus Chriftus plurificari & in duos diuidi non poteft: Sic & Ecclefia diuidi & plurificari non poteft. Sed unus Chriftus plurificari & diuidi non poteft, igitur nec Ecclefia. confequentia tenet ex terminis, fed maior patet per beatū Auguftinum, & habetur. 24. q. 1. Scifma. Vbi dicitur. Cum duæ Ecclefiæ effe nō poffunt, nec diuifum Chriftum poterit quifquā fine Apoftoli reprobatione confringere, unam, fæpe dictum eft, quæ corpus Chrifti eft, conftat effe Ecclefiam, quæ in duo uel in plura diuidi nō poteft. Sed minor patet ex fymbolo Athanafii in quo dicitur, nō duo tamen fed unus eft Chriftus. Etiam fi Chriftus effet plurificabilis, plures effent filii Dei in diuinis, & fic plures quam tres perfonæ in diuinis. qđ afferere eft hærefis manifefta. Item Chriftus, qui eft fponfus unicus Ecclefiæ, fecundum illud Apoftoli. 2. ad Cor. 6. Defpondi uos uni uiro Virginem caftam exhibere Chrifto. quod fecundum expofitionē beati Auguftini in fermone quodam de Virginibus, intelligitur de Ecclefia, unicam debet habere fponfam, ut patet per illud Canonicorū. 4. Si aūt Ecclefia

Eccleſia ſecũdum ſe eſſet plurificabilis, Chriſtus plures ſponſas haberet, quod non eſt dicendum. igitur, &c. & dico notanter per ſe in correlario, quia per accidens ratione perſonarum, quæ ſunt in Eccleſia, ipſa quandoque dicitur diuidi, ut in Sciſmate. Sed talis diuiſio non attenditur ratione Eccleſiæ ſecundũ ſe, ſed eorum qui ab Eccleſia recedunt, unde & tales Sciſmatici dicuntur, non autem manentes.

SEcundum correlarium, licet aliqua Eccleſia dicatur primitiua & aliqua moderna, vna tamen & indiuiſa eſt Sancta Mater Eccleſia. Secunda pars patet ex dictis, ſed prima pars patet ex communi modo loquendi doctorum dicentium, quòd primitiua Eccleſia dicitur ritus conſuetudo & obſeruantia Eccleſiæ fidelium circa fidem tempore Apoſtolorũ, & ſeptuaginta duorum Diſcipulorum, & ſequacium ipſorum, uſq; ad ſanctum Silueſtrum Papam, & non longe ultra perdurans. Sed moderna Eccleſia dicitur ritus, conſuetudo, & obſeruãtia Eccleſiæ fidelium circa fidem, incipiens à beato Silueſtro, uel propè, uſque in finem mundi perdurans.

TErtium correlarium, licet ſecundũ Doctorum communem locutionem & denominationem aliqua Eccleſia dicatur Latina & aliqua Græca: ſecunda tamen non dicitur Eccleſia, niſi

ſecundum

ſecundum quid, prima pars patet inſpicieñti ſcripta Doctorum, qui ſæpius dicunt aliquam Eccleſiam eſſe Græcam ſeu Orientalẽ, & aliam Latinã & Occidentalem. Sed ſecunda pars patet, quia Eccleſia Græca ſolummodo dicitur Eccleſia ſecundum fidem informem. Pro quo aduertẽdum quamuis Doctores appellant aliquam Eccleſiam Græcam: hoc faciunt ideo quòd uellent Eccleſiam diuidere & plurificare, quia licet Græci in certis articulis diſcrepãt à nobis, & in certis obſeruantiis, quia conficiunt in fermentato, baptizant in aqua non conſecrata, extra neceſſitatem, utuntur uxoribus legitimis, & dicunt Spiritũ ſanctum à ſolo Patre & à Filio procedere, & ita de pluribus aliis, propter quos articulos & ipſorum inobedientiam Sciſmatici ſunt: tamen quia in genere nobiſcum profitentur eandem fidem & Chriſtiani dicuntur: ideo nomen Eccleſiæ retinent, licet ſecundum quid etiam illa cõgregatio nomen Eccleſiæ obtinet, propter ſanctos plures & famoſos, qui Græci fuerunt. Vt beatus Dionyſius, Chryſoſtomus, Ioannes Damaſcenus, Dydimus, Anaſtaſius, & multi alii. dicit tamen rationale Diuinorum de articulo proceſſionis Spiritus ſancti à Patre & non à Filio, quod Græci uidentes ſe erraſſe in hoc articulo, quoſdam Prælatos de ſuis ad generale Cõcilium Lugdunenſe ſub Gregor. 10. celebratum miſerunt, qui in dicto Concilio ſuo & omnium Prælatorum,
&

& eorum Imperatoris nomine ꝓfeſſi ſunt, quòd Spiritus ſanctus æternaliter à Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex uno non duabus ſpirationibus, ſed unica ſpiratione procedit, prout in eiuſdem Gregor. conſtitutionibus lucidius continetur.

QVartum correlarium. Habendo Chriſtum ad uerum regimen totius Eccleſiæ militantis: Sola Romana Eccleſia dicitur Eccleſia, ratione cuius, & à qua, omnes aliæ Eccleſiæ fidelium reguntur & diſponuntur: patet ex notabilibus prædictis, & patet in Canone ſacroſancta Romana. 22. diſtinctione. Vbi ſic dicitur ex verbis Anacleti Papæ. hæc uero Romana & Apoſtolica ſedes caput & cardo eſt omnium Eccleſiarum à Domino, & non ab alio conſtituta. Et ſicut cardine oſtiũ uoluitur, ſic huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ auctoritate omnes Eccleſiæ Domino diſponente reguntur. hæc ibi.

QVintum correlarium. Nullus debet uelle abiici, excommunicari, ſeu ſeparari ab vnitate illius Eccleſiæ patet. quia ipſa eſt una, extra quam nullus ſaluatur, ſicut extra Archam Noe tempore Diluuii nullus ſaluabatur.

SExtum correlarium. Separantes & diuidentes ſe à Romana Eccleſia Sciſmatici efficiuntur:

C patet

patet, quia nec iam dictum propter hoc Græci Scismatici dicuntur & dicti sunt, qui à Romana Ecclesia,& ab eius obedientia se diuiserũt. Etiam quia scisma secundum bea. Thomam in secunda secundæ.q.38.artic.1. est Ecclesiæ Romanæ, & eius Pontifici non obedire, sed diuidentes & separantes se ab ipsa ei non obediunt,igitur.

SEptimum correlarium. Communio moderna laica sub duplici specie uidetur scisma sentire,patet ex correlario præcedenti. Nam practicantes ipsam separant & diuidunt se à Romana Ecclesia,quæ eandem non habet in praxi,imo est contra eius consuetudinem laudabilem multis temporibus ex causis rationabilibus,ut post dicetur, obseruatam, & contra ipsius rationabilissimam & fundatissimã in Concilio Constantien. determinationem. ergo &c.

QVinto notandum. Eucharistia dicitur ab eu,quod est bonum,& caris,seu caritũ gratia,quasi bona gratia,& capta pro totali sacramẽto, quod est aggregatum ex specie panis & uini, & unum unitate integritatis. Sic potest breuiter diffiniri: Est signũ sensibile ex institutione diuina post consecrationem materiæ debitæ rite factam corporis Christi, & eius sanguinis ueraciter contentiuum. uel diffinitur sic secundum Scotum: Eucharistia est sacramentum corporis Christi,

Chriſti, & eius ſanguinis ueraciter contenti ſub ſpeciebus panis & uini poſt conſecrationem factam à ſacerdote ſub uerbis certis cũ debita intentione prolatis ex inſtitutiõne diuina ueraciter ſignificãs corpus Chriſti, & ſanguinem ſub eis realiter cõtineri. Et diuerſis nominatur modis. dicitur enim ſacrificium, quia eſt ſignum rememoratiuum paſsionis Chriſti, & eiuſdem expreſsiuum, quæ uerum fuit ſacrificium. Vnde Lucæ. 22. dicitur. Hoc facite in meam commemorationem. dicitur etiam ſynaxis Græce, ideſt cõmunio Latine, quia eſt ſignum unionis Eccleſiæ. Vnde Damaſcenus lib. 4. ait. Commu nio dicitur, quia per ipſam Chriſto communicamus, & quia participamus eius carnem & deitatem, & quia communicamus & unimur ei inuicẽ per ipſum. uel dicitur communio, quia in hoc ſacramento Chriſtus ſe nobis communicat. uel dicitur communio à communitate, quia hoc ſacramentum cõmune eſt omnibus fidelibus. Tertio dicitur uiaticum, quia præbet uiam ueniendi ad patriam inquantum ſignat ſumptionẽ ſui in fide futuram Dei uiſionem, quæ erit clara ſpecie uel facie. uel dicitur uiaticum, quia datur tranſeuntibus de hac vita ad Deum, uel ſecundũ Magiſtrum in 4. diſt. 8. in principio, Quia in via nos reficit, & uſque in patriam deducit. Quod figuratum fuit 3. Regum 19. In pane ſubcinericio, quem Angelus poſuit ad caput Heliæ, dicens ei.

Surge & comede, grandis restat tibi uia. qui surgens comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, usque ad montem Dei Oreb. Sic & nos uiatores de præsentis peregrinationis exilio refecti, hoc salutari uiatico, tendere debemus ad montē Dei Oreb, idest ad supernæ patriæ mansionem beatam. Quarto dicitur eucharistia antonomastice, quia cōtinet realiter Christum, qui est fons & origo omnis gratiæ, ut dicit Magister in principio. 8. d.s. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, Ioan. 1. Et gratia Dei uita æterna. Ad Rom. 6. Quinto dicitur misterium secundum Gregor. in Canone, Multi secularium. 1. q. 1. eo quòd secretam & reconditam habet dispensationem, idest uirtutem & gratiam à Deo dispensatā & collatam, secundum Glosam, ibidem. Sexto dicitur hostia, ut in Psal. 15. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Nam hostia secundū Isidorum dicitur ab hostibus uincendis, sicut uictima à uictis. Vnde antiquitus antequam ibant ad bellum faciebant Diis sacrificium, & uocabatur hostia: sed quando uictores redibant, iterum sacrificabant, & uocabatur uictima: & quia hoc sacramentum cōfertur in ecclesia ad uincēdum demones nostros inimicos, merito hostia nuncupatur. Septimo uocatur imolatio. Sed secundum Isidorum imolatio dicitur ab in & moles, quia apud ueteres in mole altaris sacrificabatur. & quia hoc sacrificium in altari

altari debet offerri: ideo rationabiliter & ꝓprie dicitur imolatio. Differt autem Euchariſtiæ ſacramentum ab aliis ſecundum Scotum. Primo, quia ipſum eſt ſimiliter ueracisſimum, in ſignificando, quia nunquam caret ſuo ſignato. & licet alia ſacraměta ueracia ſint in ſignificando quantum eſt ex ſe, tamen quandoq; non habent effectum ſuum propter indiſpoſitionem ſuſcipientis. Secundo, quia hoc ſacramentum realiter cõtinet quod ſignificat, alia autem nõ. Tertio, quia alia ſacramenta, ſignificãt gratiam accidentalem inhærentem ſuſcipienti. Iſtud autem ſignificat gratiam ſubſiſtentẽ, ſcilicet uerum corpus Chriſti ibi exiſtens.

SExto notandum, quòd circa inſtitutionẽ ſacramẽtorum quædam ſunt de necesſitate ſacramenti & de iure Diuino: quædam uero ſunt tantummodo de necesſitate præcepti & de iure humano, ſeu poſitiuo. Exemplum de materia noſtra. Aliud eſt ſacramentum euchariſtiæ, & aliud confectio, ſeu conſecratio eius. Sacramentum enim eſt res permanens etiam poſt conſecrationem in altari aut pixide. Confectio uero aut conſecratio eſt actus tranſiens, cuius confectionis, ſeu cõſecrationis ſunt quædã quaſi ſubſtantialia, & de neceſsitate ſacramenti, & de iure Diuino, ſcilicet certa materia circa uerborũ formã, ſacerdotalis ordo & intẽtio ad conficiendũ.

Et hæc quatuor dicũtur subſtãtialia ſeu eſſentialia conſecrationis, & de neceſsitate ſacramẽti & iuris diuini, quia taliter ſunt ad eam requiſita de necesſitate, quòd Eccleſia nõ poteſt iſta mutare. Et quod ſemper eis poſitis ponitur conſecratio, ut dicunt concorditur Doctores.

Vnde uerſus,

Verbum, materies, intentio, ſenſus, & ordo,
Conueniunt corpus ut Chriſti conficiatur.

Alia uero omnia ſunt Sacramentalia, aut eius confectioni extrinſeca, & tanquam accidentalia, aut prædictis eſſentialibus accidentialiter annexa, ut ſunt ſolemnitates, quæ fiunt in Miſſa, modus ſumendi ſeu uſus ſacramenti, & quòd fiat in templo ſeu in altari ſacrato, & ueſtibus conſecratis cum lumine, cũ talibus orationibus, Epiſtola, Euangelio, ieiuno ſtomacho, & dicuntur accidentalia, eo quòd illis deficientibus, uel aliquo ipſorum poteſt fieri cõſecratio, & eſſet verum ſacramentum. Et etiam ideo, quia Eccleſia poteſt iſta mutare, & circa ea ordinare & diſponere prout uidebitur congruere reuerentiæ tanti ſacramenti, & ſaluti fidelium. Accidentalia omnia dimiſit Chriſtus in poteſtate Eccleſiæ, ut circa iſta ordinaret prout ei Spiritus ſanctus rector Eccleſiæ pro tẽpore inſpiraret, quòd patet inductiue. Primo de ſolemnitatibus, quæ fiunt in miſſa, quas quia Eccleſia inſtituit, poſſet ex cauſis circa eas aliter ordinare. Secundo de

tempore

tempore ſumptionis: nam licet Dominus hoc ſacramentum confecerit & miniſtrauerit Diſcipulis, poſt alios cibos, Eccleſia tamen illud mutauit ſtatuens, quòd extra certos caſus nō ſumatur, niſi à ieiunis: & hoc rationabiliter propter multas cauſas, poſtea dicendas. Tertio de conditione accidētali materiæ huius ſacramenti, patet: nam licet Dominus inſtituendo hoc ſacramentum confecerit illud in azimo, & ita in primitiua Eccleſia fecerunt Apoſtoli, quem etiam morem Romana Eccleſia ab Apoſtolis, qui eam fundauerunt accepit, & uſq, ad tempora Leonis primi continuauit. Et tunc imminente hæreſi Ebionitarum dicentium de neceſsitate ſalutis oportere quemlibet hominem, cum obſeruantia Euangelii obſeruare cerimonialia & legis præcepta, & per cōſequens celebrare in azimo. Sācti Patres ne eis conſentire uiderentur, & Spiritus ſancti inſtinctu uoluerunt ad tempus conficere in fermentato: deinde poſt aliquorum annorum curricula, dicta hæreſi pœnitus eliminata & extirpata, Romana Eccleſia ad priſtinum morem, rediit, eo quòd clare deducitur ex Euāgelio. 13. in azimo confeciſſe. Græcis tamen permanentibus circa conſecrationem in fermentato. Sacerdos aūt Romanæ Eccleſiæ, qui contra iſtum morem conficiendi in azimo, nunc faceret conficiendo in fermentato, quamuis uere conficeret, grauiter tamen peccaret. Simili modo poſſet

C 4 hoc

hoc ostendi de conditionibus accidetibus aliorum substantialium consecrationis huius sacramenti. hæc enim omnia & similia sunt de solo præcepto humano & uariabili, quòd sic Ecclesia potest ex caussis rationabilibus, ut tactum est, præmissa omnia & aliqua talium immutare, immutata sub præcepto tradere sic, quòd tunc peccaret faciendo illud, in quo nũc meretur homo. Ex prima parte illius notabilis sexti, sequitur primo, quòd sacerdos celebrans, non dicens uerba consecrationis, non consecrat sacramentum Eucharistiæ: patet, quia uerba consecrationis sunt de necessitate sacramenti Eucharistiæ, ut dixit prima pars notabilis, & in illo concordant omnes Doctores. Secundo sequitur quòd non sacerdos, fingens se sacerdotem, dicens verba consecrationis, non consecrat: patet, quia deficit sibi ordo sacerdotalis, qui est de necessitate illius sacramenti, seu eius consecrationis. Tertio sequitur, quòd sacerdos dicens uerba consecrationis, non tamen intendens per ea cõficere actualiter, habitualiter, uel uirtualiter, non conficit Eucharistiam: patet, quia intentio ad minimum habitualis, uel uirtualis est de necessitate cõsecrationis huius sacramenti. Quarto sequitur, quòd intendens consecrare sanguinem Christi per illa uerba, & non alia, hæc quotienscunque feceritis in mei memoriam facietis, non consecrat: patet, quia illa uerba sola non sunt præcisa forma con-

secrationis

ſecrationis calicis. Sed ita bene referuntur ad corpus Chriſti, ſicut ad ſanguinem etiam Eccleſia non utitur iſtis uerbis pro forma. Sed iſtis quæ ponuntur in Canone miſſæ, ut dicit Innocentius. I I I. in cap. Cum in arte, de celebratione miſſarum. Etiam præceptum de uſu & frequentatione conſecrationis, non eſt forma conſecrationis, ſed illa ſunt huiuſmodi, ergo &c. Itē per illa uerba Chriſtus contulit Apoſtolis poteſtatem conſecrandi, per hæc enim ordinat eos ſacerdotes. Collatio aūt poteſtatis conſecrandi non fit per uerba pertinentia ad conſecrationē, quia conſecrationis materiā reſpiciunt, quæ cōſecratur. Verba autem poteſtatem conferentia reſpiciunt poteſtatem quam conferunt, & iſtum cui confertur, ergo. Cor. uerum. Vbi aduertendum, quòd hodie reperiūtur multi ſimplices ſacerdotes, qui credunt prædicta uerba eſſe præciſam formam conſecrationis calicis, & utuntur eis pro tali forma. Intendentes ſolummodo per illa calicem conſecrare. & unum ex eis ego noui, & credo ipſum hodie uiuere, cui & ſimilibus ſibi dico, quòd quotienſcunq; ſit celebrauerunt grauiter peccauerunt, quia ſanguinem Chriſti non conſecrauerūt: eo quòd illa uerba non ſunt forma conſecrationis ſanguinis Chriſti, ut prædictū eſt. licet enim in generali tales intendunt ſecun dum morē Eccleſiæ Romanæ celebrare: tamen intentio particularis, qua per uerba iſta, hæc quotienſ-

quotienscunque, &c. intendunt consecrare, cõtrariantur intentioni generali, etiam forte cum proferunt ista uerba, Quotienscunque,&c. habent actualem intentionem consecrandi per ea solum uel ad minus habitualem, seu uirtualem, cum semper prius quando deliberāt illud actualiter uolunt. Modo talis uirtualis intentio sufficit, ut dictum est. Igitur tales non consecrant sanguinem propter defectum debitum intentionis. Ex quibus patet quanti periculi iam sunt tales sibi ipsis & aliis, & quanti peccati: quia si non consecrant, ut timeo, tunc ostendunt calicem non consecratum pro consecrato. Et sic quantum in eis est faciunt homines idolatrare. Item si non consecrant, tunc diuidunt sacramentum, quod sine grandi sacrilegio peruenire non potest, ut dicit Canon Gelasii. Comperimus de consecratione distinctione secunda,& consequẽter incidunt pœnam Canonis, quæ est repulsio à communione per unum annum. Suadendum est ergo talibus, quòd à celebratione cessēt, quousque discretis uiris intentionem & modum ipsorum celebrandi exponant, secundum illorum consilium acturi,&c.

SEptimo notandum, quòd secũdum Magistrũ distin.8.s.1.In sacramēto Eucharistiæ species uisibilis panis & uini, quæ post consecrationem manet, est sacramentum tantum, quia sacræ rei

signum:

ſignum: huius aũt ſacramenti duæ ſunt res, una contenta & ſignificata, & eſt caro Chriſti, quam de Virgine traxit, & ſanguis, quem pro nobis in cruce fudit. Alia eſt res huius ſacramenti per ipſum ſacramentũ ſignificata, ſed non ſub eo contenta, & eſt unitas Eccleſiæ. Illæ duæ res ſunt duplex caro Chriſti. Vnde Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Epheſ. & ponitur in Gloſ.1.ad Corint.11.Dupliciter intelligitur caro Chriſti & ſanguis, uel iſta quæ crucifixa eſt, & ſepulta, & ſanguis qui militis lancea effuſus eſt: uel iſta ſpiritualis & diuina & miſtica, de qua Dominus ait, Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. hæc ille. huius geminæ carnis Chriſti ipſa uiſibilis ſpecies ſacramentum eſt, quia utramque ſignificat, ideſt utriuſque ſimilitudinem gerit. Sicut enim panis præ cæteris cibis corpus reficit & ſuſtentat, & uinum hominem lætificat atque inebriati: Sic uerba Chriſti caro, & eius ſanguis plus cæteris gratiis interiorem hominem reficit & ſaginat. & ſicut ex multis granis conficitur unus panis, & ex pluribus acinis uinum, & in unum confluit: Sic ex multis fidelium perſonis unitas Eccleſiaſtica conſtat. Quare Apoſtolus prima ad Corinthios decimo, dicit, Vnus panis & unum corpus multi ſumus. Vbi dicit Auguſtinus, & ponitur

in

in Glo.ibidem. Vnus panis & unum corpus Ecclesia dicitur, pro eo qd' ficut unus panis ex multis granis, & unum corpus ex multis mēbris componitur: Sic Ecclesia ex multis fidelibus charitate copulata cōnectitur. hæc ille. Item ipsa uera caro Christi aut eius uerus sanguis est etiam carnis misticæ, aut sanguinis eius mistici signum & sacramentum. Sicut enim caro Christi uera ex multis membris purissimis & immaculatis, & sanguis eius uerus ex multis guttulis purissimis & immaculatis constat: Sic caro Christi mistica, quæ est societas Ecclesiastica, ex multis personis à criminali macula liberis consistit. Pro illo notabili est Innocentius in sua summa de officio missæ lib.4.cap.37.dicēs. Tria quippe in hoc sacramento sunt discreta, scilicet forma uisibilis, ueritas corporis, & uirtus spiritualis. forma panis & uini, Veritas carnis & sanguinis, Virtus unitatis & charitatis. Primum oculo cernitur. Secundum animo creditur. Tertium corde percipitur. Primum est sacramentum & non res. Secundum autem est sacramentum & res. Tertium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Tertium uero res gemini sacramenti. Secundum autem sacramentum unius & res alterius. Nam forma panis utramq; carnem Christi significat: misticam uero significat, sed non continet. hæc ille.

Octauo

OCtauo uero triplex eſt mãducatio & bibitio huius ſacramenti ſecũdum Richardum. Prima carnalis, qua comeſtum maſticatur, & in ſtomachum traiicitur. ſimiliter & bibitum. & poſtea digeritur, & ultimo in ſubſtantiam ſumẽtis conuertitur,& ſic uere manducantur & bibũtur & illæ ſpecies ſub quibus realiter continetur corpus Chriſti, & eius uerus ſanguis. Alia eſt manducatio & bibitio eius ſacramentalis, & eſt ſumptio ueri corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis aut ueri ſanguinis & corporis Chriſti ſub ſpeciebus uini cum intẽtione taliter ſumendi. Et de illa dicitur Matth. 26. Accipite & comedite,hoc eſt corpus meum. Et ibidem, Bibite ex hoc omnes.Et illa uno modo fit in ſacrificii oblatione. Matth. 22. Hoc facite, ideſt conficite in meam cõmemorationem ſecũdum Vuillelmum de Monte Lauduno, & ſecundum Ioannem Andreæ,& ſic ſub duplici ſpecie. Alio modo fit in laica & ſimplici communione,& illa ſecundum diſpoſitionem & obſeruationem Eccleſiæ fit ſub una ſpecie tãtum, ut dicit Albertus Magnus in Tractatu ſuo de corpore Chriſti, ad quam populus admittitur ut buccella corporis Chriſti ſatietur. hæc ille. Et hæ duæ manducationes pertinent ad os corporis. Alia eſt manducatio & bibitio ſpiritualis, & illa pertinet ad os animæ. Et eſt duplex ſecundum quòd duplex eſt res huius ſacramenti. Prima eſt ſpiritualis

ſumptio

ſumptio primæ rei huius ſacramenti, ſcilicet ueræ carnis, aut ueri sãguinis Chriſti, & eſt deuota recogitatio paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeu meditatio Chriſti, ut eſt ſub ſacramento, cum corpore ſuo uero, in quo multiplicem paſſionem ſuſtinuit, & uero ſanguine, quē pro nobis in ara crucis fudit, & ipſius recogitans ad cogitatum per actum amoris unio. Sicut enim ad manducationem cibi corporalis requiritur maſticatio eius, & conſequenter incorporatio, Sic ad manducationem ſpiritualem cibi animæ, ſcilicet ueri corporis Chriſti, requiruntur ſecundũ aliquos etiã duo. Primo enim requiritur, quòd homo in uera fide recogitet deuote paſsionem Chriſti, cuius memoriale eſt hoc uenerabile Sacramentum, & hoc ſufficiat quo ad minores ſeu uulgares. Sed quo ad maiores, ultra hoc requiritur, quòd deuote recogitent quomodo ſub iſtis ſpeciebus eſt realiter & uere totus Chriſtus Deus & homo, cum ſuo ſacratisſimo corpore, quod pro nobis expoſuit tam multiplici paſsioni, & quod illud dedit nobis in cibum animarum noſtrarum, & ita de ſimilibus. Et illud correſpondet maſticationi. Secundo requiritur ſecundũ eoſdem, ut recogitãs per actum amoris uniatur ipſi cogitato, ſcilicet Chriſto Domino, & illud correſpondet incorporationi. Et ſuo modo dici poteſt de bibitione ſpirituali ueri ſanguinis Chriſti. Differentia tamen eſt inter hunc, ſcilicet

ſcilicet corporalem, & illam, ſcilicet ſpiritualem. quia in corporali manducans conuertit in ſe cibum ſua uirtute, quia eſt dignior cibo. In illa ſpirituali autem fit econuerſo, quia cibus ſpiritualis eſt nobilior & completior manducante. propter quod beatus Auguſtinus. 7. Confesſionum capit. 10. dicit ſibi fuiſſe dictum, Cibus ſum grandium, crede creſces & manducabis me, non tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. Secunda eſt manducatio & bibitio ſpiritualis ſecundæ rei huius ſacramenti, ſcilicet carnis Chriſti miſtici, aut eius ſanguinis, & eſt conſecutio unionis, ſeu adeptio per fidem & charitatem ad membra Eccleſiæ, & cum capite Chriſto: quam unionem hoc ſacramentum ſignificat. Pro tertia parte illius notabilis eſt beatus Auguſtinus, & allegatur in Gloſ. ſuper prima Ioannis, ad Corinth. decimo. Quoniam unus panis. Vbi dicit Gloſa. Exponit quomodo calix benedictionis, & panis fiant accipienti caro & ſanguis Chriſti quaſi per hoc ſumus unum cum Chriſto, quoniam omnes, qui participamus ſpiritualiter & digne de uno pane, ſcilicet corpore Chriſti, & de uno calice, ſcilicet ſanguine eius, licet multi ſumus, tamen ſumus unus panis unione fidei, ſpei, & chatatis, & unũ corpus illius capitis, qđ eſt Chriſtus ſumus per ſubminiſtrationem operum charitatis. ideſt vnum omnes ſumus, una Eccleſia, ideſt
uriti

uniti uinculo charitatis fidei & spei, & mutua operum Dei exhibitione. Per unitatem enim panis & unitatem corporis fidem & charitatē oportet intelligi, quæ si desit, iudicium sibi sumit qui sumit. Et, quoniam unum sumus, unum sentire debere dicit, ut fides una unum habeat sensum, & opus. Tipice autem unus panis & unum corpus Ecclesia Christi dicitur. Pro eo quòd sicut unus panis ex multis granis, & unum corpus ex multis membris componitur: Sic etiā Christus ex multis fidelibus charitate copulante cōuertitur. hoc misterium pacis & unitatis nostræ Christus in sua mēsa cōsecrauit, qui accipit misterium unitatis, & non tenet uinculū pacis, non misterium accipit pro se, sed contra se, nullique ambigendū est, tunc quemque corporis, sanguinisq; Dominici participem fieri, quando membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, & si antequam panem illum edat, & calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedit: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat inuenitur habere. In illo enim sacramento corpus & sanguinem suum commendauit nobis, quod etiā fecit & nos ipsos: nam & nos corpus ipsius facti sumus. hæc ibi. Sunt aūt quatuor signa manducationis spiritualis secundum sanctum Doctorem: quorū primum est uerbū Dei

libenter

libenter audire, de quo dicitur Ioannis. 8. Qui ex Deo eſt, uerbum Dei audit. Secundum, in bonis operibus ſe exercere, de quo dicit Gregor. in Omel. euangel. 30. Probatio dilectionis eſt exhibitio operis. Tertium, de malis præteritis ueraciter dolere. De quo Hieremiæ. 6. Luctum quaſi unigeniti fac tibi. Quartum, firmiter uelle à futuris malis abſtinere, de quo Can. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Et Venerabilis Anſelmus addit adhuc alia duo ſigna. primū bonis aliorum compati. ſuperaddit, &c. Caſſiodorus ſecundū, ſcilicet & lædentibus & offendentibus ſe faciliter ignoſcere.

NOtandum nono, quòd ſub utraque ſpecie huius ſacramenti totus Chriſtus realiter & ueraciter continetur, dicente beato Ambroſ. in libro de officiis. In illo ſacramento Chriſtus eſt. Et ſuper illud primo ad Cor. 11. Similiter & calicem dedit. Glo. Sub utraque ſpecie idem ſumitur. Et in cap. firmiter de ſumma Trinitate & fide catholica, dicitur. Ieſus Chriſtus ſacerdos eſt & ſacrificium, cuius caro & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter continetur. Vnde ſequitur, quòd ſub utraque ſpecie, ſcilicet panis & uini totus Chriſtus continetur, aliter tamen & aliter. Ex vi enim conſecrationis ſub ſpeciebus panis continetur tantum corpus Chriſti, & ſub ſpeciebus vini tantū ſan-

guis Christi, & hoc directe tanquam terminus consecrationis. Nam ex vi verborum consecrationis panis tantum conuertitur in corpus Christi, ut patet ex verbis consecrationis corporis Christi. In quibus dicitur, Hoc est corpus meũ. Similiter & vinum virtute consecrationis cõuertitur tantum in sanguinem, vt patet ex forma cõsecrationis calicis. Et ista est intentio Magistri in 4. in fine. d.4. 1. Vbi post plures auctoritates sanctorum concludit, dicens. Ex his aliisq; pluribus constat verum corpus Christi & sanguinẽ in altari esse, imo integrum Christum sub vtraq; specie & substantiam panis in corpus, Viniq́ue substantiam in sanguinem conuerti. Et dist. 11. ca.3. dicit. Et licet sub vtraq; specie totus Christus sumatur, tamen non fit conuersio panis, nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Vbi per carnem secundum sanctum Thomam parte ult. q.78.art.1. intelligitur totum corpus Christi ex carne ossibus & neruis, & aliis huiusmodi consistens. Ex quibus sequitur quanuis sub vtraque specie huius sacramẽti sint Christi diuinitas anima corpus & sanguis integraliter; hoc tamen aliter & aliter: patet quia sub specie panis est tantũ corpus Christi ex vi sacramenti directe tanquam terminus consecrationis, eo quòd solũ in corpus Christi substantia panis cõuertitur. Anima vero Christi & sanguis eius sunt ibi ex naturali cõcomitantia, eo quòd corpori Christi realiter & naturaliter

turaliter ſunt vnita, qa ut dicitur ad Ro. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi vltra nō dominabitur: qđ aūt viuit, viuit Deo. Vnde cū corpus nō uiuat, niſi per aīam, cōſequēs eſt quòd aīa ſit corpori realiter unita. Sed qa aīa aīalis in ſanguine eſt, iuxta illud Gen. 9. Sāguinē aīarum veſtrarū requirā de manu cūctarū beſtiarum, & de manu hoīs: ergo ēt oportet ex naturali & reali cōcomitantia ibi eſſe ſanguinē. Diuinitas uero abſolute cōſiderata eſt ibi de per ſe ratione ſuæ immēſitatis. Cōſiderata uero ut hipoſtatice unita corpori in pſona filii ēt eſt ibi ex reali cōcomitātia. Diuinitas enim, quia corpus aſſumptū nunq̄ depoſuit, oportet ut ubicunq; eſt corpus Chriſti, quòd ēt ibi ſit diuinitas dicto modo corpori Chriſti unita. Similiter ſub ſpeciebus uini, & tantū ſanguis Chriſti ex ui ſacramenti directe tanq̄ terminus per ſe cōſecrationis. Corpus vero & aīa & diuinitas ut ſanguini dicto modo unita ſūt ibi ex reali uel naturali cōcomitātia, eo quòd sāguis Chriſti nō eſt ſine eius corpe & aīa & deitate. Ex notabilibus p̄miſſis, videlicet 5. 6. 7. 8. & 9. propulſari poteſt ab Eccleſiæ liminibus error deteſtabilis quorundā tam antiquorum q̄ modernorum hæreticorum: qui Dei uirtutem iuxta modum rerum naturalium metientes, in tantam auſi ſunt proſilire inſaniā, ut aſſerere non uereātur in altari poſt conſecrationem nō eſſe corpus Chriſti, qđ traxit de Virgine, nec ſanguinē quem

pro nobis fudit in cruce, nec substantiam panis & uini in substãtiam carnis & sanguinis Christi conuerti. Sed ita Christum dixisse, Hoc est corpus meum: sicut Apostolus dixit primo ad Cor. 10. Petra erat Christus, ut sit sufficiens secundũ eos, hoc est corpus meum, ac si diceret Christus, demonstratum. s. panis, est signum vel figura corporis mei. Dicunt. n. corpus Christi ibi esse tantum in sacramento. i. tantũ in signo, & tantũ in signo, nõ secundum rei ueritatem à nobis manducari. De quorum numero erat Berengarius, de cuius reuocatione, & illius erroris abiuratione facta coràm Papa Nicolao & cẽtum. 13. Episcopis habetur de conse. dist. 3. Ego Berẽgarius. Et per Magistrum in 4. d. 12. Hunc denique errorem multis annorũ spaciis decursis, perniciosissimus Ioannes Vuitcleff damnatæ memoriæ de Anglia, renouauit, asserens Christum non esse in sacramento idemptice realiter & vere in propria ꝑsona corporali, uidelicet in articulis suis, in Concilio Constantien. & in pluribus uniuersitatibus condemnatur articulo. 3. & fuerunt insuper adhuc alii moderniores nostris temporibus in Thuringia hæretici flagellatores seu circafratres nuncupati in Sangerhause, & quibusdam aliis locis uicinis ante paucos annos concremati, quanquam ut plurimi asseruerant, nondum omnes extirpati, qui in eandem vesaniam prolapsi, inter cæteros, quasi innumerabiles errores

rores tenuerunt & asseruerũt, tenent & asserunt articulos infrascriptos, Deum & corpus Christi verum non cõtinere sub se realiter altaris sacramentum. Si hoc esset verum, quòd in sacramentō altaris verus existeret Christus Deus, diu esset deuoratus, etiam si esset ingẽs ut mons magnus: Quia Christus à mortuis resurgens, volenti eum tangere, dixit Magdalenæ tantum humanæ manus sunt infectiuæ, quòd ammodo in ipsas nolo uenire. Et sic patet Christum veraciter in sacramento non existere, sacerdotum auaritia totum sibi sic substrauit mundũ, quòd tam care hominibus uendunt panem tantillum, cuiusmodi est oblata, pro qua ad minus uolũt habere denarium. Si Christus ueraciter esset in sacramentō altaris, tunc Iuda proditore, qui eundẽ Christum dedit pro triginta argenteis, sacerdotes mõderni peiores essent, qui Christum pro uno denario populis uendunt. Altaris sacramentum non est aliud, nisi Cucuc sacerdotum. hæc ille. Præterea sunt iterum alii hodie in Bohemia hæretici Iacobitæ, secundũ aliquos nuncupati, præcedentium insaniam audacius & periculose sectantes: qui non erubescunt dogmatizare, nec uerentur asserere hæresim esse genua flectere coram sacramento corporis Christi, ex hac radice, quia ibi non verum corpus Christi, sed tantum panis consecratus & manna, nec uerus sanguis, sed tantum uinum consecratum, quæ

homines percipere debent ad corporis & animæ aliqualem confortationem. Hi omnes & singuli occasionem errandi sumpserunt & sumunt à uerbis ueritatis. Vnde prima hæresis facta est inter discipulos Christi. Vtrum patet per beatum Augustinum super Psal. 44. ut refert Magister in 4. distinctione. 10. cap. 1. Cum enim Christus diceret, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ioan. 6. Multi ex discipulis eius audiẽtes, & non intelligentes, dixerunt. Durus est hic sermo, quis potest eum audire? & abierũt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim, qui remanserunt. Spiritus est inquit, qui uiuificat, caro nihil prodest. Verba quæ locutus sum, spiritus & uita sunt, quasi dicat, secundum beatum Augustinum super Psalmum præallegatum, spiritualiter intelligite quæ locutus sum, nõ hoc corpus quod uidetur manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod uobis commendaui, quod spiritualiter intellectum uiuificat uos, caro autem non prodest quicquam. Item Matth. ultimo, dicit Christus. Ecce uobiscum sum usque ad consumationem seculi. Quod exponẽs beatus Augustinus, dicit, Donec seculum finiatur, forsan & dominus. Sed tamen etiã hic uobiscum est ueritas Domini. Corpus enim, in quo resurrexit, uno loco esse oportet. Veritas

autem

autem eius ubique diffuſa eſt, ex quo uidetur licet Chriſti diuinitas, quæ & per eſſentiam ueritas ſit ubique, corpus tamen eius tantum eſt in uno loco, ſcilicet in cœlo, & per conſequens in altari non eſt uerum corpus Chriſti, ſed ſolum ſacramentũ, ſeu ſignum eius. Et idem uidetur eſſe iudicium de ſanguine. his, & aliis rationibus utuntur prædicti erroris aſſertores ad ipſius cõfirmationem. Sed error iſte execrabilis eſt & omnino periculoſus in populo Dei. Tum primo quia eſt contra primæuam huius ſacramenti per Chriſtum Dominum noſtrũ inſtituti traditionem. Dum enim Saluator in ultima cœna Euchariſtiæ ſacramentum inſtitueret, formam conſecrationis ipſius, diſcipulis & per eos nobis tradidit, dicens, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis, &c. Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. Hæc autem uerba non ſolum ſunt ſignificatiua, ſed etiam operatiua illius quod ſignificatur, dicente beato Ambroſio in libro de ſacramentis, Sermone Chriſti conficitur hoc ſacramentum, quia ſermo eius creaturam mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti, & uinum cum aqua in calicem miſſum fit ſanguis Chriſti conſecratione uerbi cœleſtis, prout etiam allegat Magiſter in 4. diſtinctione. 8. Tum ſecundo, quia iſte error eſt contra beati Pauli Apoſtoli confirmationẽ, qui ſcribẽs de hoc ſacramẽto 1. ad Cor. 11. dicit, Ego accepi à Domino, qđ & tradidi vobis, &c.

Et poſt pauca ſubiungit uerba conſecrationis, dicens, Hoc eſt corpus meum: Et hic calix nouũ teſtamentum, &c. Et iterum ſubdit, dicens ita: quicunque manducauerit panem & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Sed ſi ibi eſſet corpus Chriſti ſolum ſecundum ſignificationem ſimiliter & ſanguis nõ oporteret tam diſtricte diiudicare hunc potum, vel hunc cibum, eo quòd quilibet panis eadem ratione ſignificat corpus Chriſti, & quodlibet uinum ſanguinem. oportet ergo ponere quod in hoc ſacramento in cuius ſumptione requiritur tam diſtricta diiudicatio illius, quod ſumitur ab aliis cibis & potibus ſit verum corpus ſub ſpeciebus panis, & verus ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus vini. Tum tertio error ille dudum ab Eccleſiæ liminibus in exilium eſt religatus per Eccleſiæ determinationem factam in Concilio generali ſub Innocen. III. quæ ponitur in cap. Firmiter, de ſumma Trinitate & fide catholica. Vna vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. In qua ipſe idem ſacerdos & ſacrificiũ Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur tranſubſtantiato pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate Diuina. Tum quarto, quia

ille

ille error eſt, extra ſanctorum & ſcholaſticorum Doctorum communem aſſertionem. Vnde beatus Hilarius. 8. de Trinitate, dicit de veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigēdi locus. Nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra, caro eius vere eſt cibus, & ſanguis eius vere eſt potus. Et beatus Ambroſius in lib. de Sacramentis dicit. Sicut vere Dei filius eſt Dominus Ieſus Chriſtus: Ita vera caro Chriſti eſt quam accipimus, & verus ſanguis eius eſt potus, plures alias auctoritates adducit Magiſter in 4. diſtinctione. 10. Et beatus Thomas in ſumma ſua tertia parte. quæſt. 75. artic. primo, & contra Gentiles libro. 4. ca. 62. & pluribus ſequentibus. Et in ſcript. 4. diſtinctione. 10. quæſtione. 1. articulo. 1. Et Bonauentura, Scotus, Petrus de Tharantaſia, Egidius, Thomas de Argentina, & cæteri Doctores circa eandem diſtinctionē hanc opinionem oſtendunt eſſe hæreticam & à fide catholica pœnitus alienam. Vnde & Richardus de Mediauilla in ſcripto ſuo ſuper 4. diſtinctio. 10. dicit. Quod omnes catholici ſumme debent deteſtari & perſequi errorem iſtum peſſimum aſſerentem corpus Chriſti non realiter contineri ſub ſacramento altaris, ſed tantum ibi eſſe, ſicut in ſigno. Hæc ille. Tum quinto, quia ille error eſt contra huius Sacramenti excellentiam & dignitatem, in quo altius quam in aliis Sacramentis manifeſtatur Dei potentia in operis ſingularitate,

gularitate, cum panis in corpus, & uinum in sanguinem Christi conuertitur: ac per hoc ipse idē Christus uerus Deus & uerus homo simul in cœlo & in pluribus terræ locis constituitur, & totus ipse sine diminutione suæ quantitatis aut staturæ in tam parua specie panis, aut uini continetur. Relucet & ibi Dei sapientia multiplici congruitate, qua sacramētum hoc in quo ueraciter corpus Christi continetur & sanguis, congruit Ecclesiæ fidelium, qui quidem fideles, quia multi sunt ad constituendum ordinatius unum corpus tanquam membra indigent connexione. Quia uiatores indigent refectione, quia cottidianis peccatis implicati indigent oblatione. Sed hæc omnia fiunt in nobis, & pro nobis per hoc sacramentum salutiferum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. In quo oēs Christi fideles unam escam manducādo & unum potum bibendo uniūtur & reficiūtur, & unius hostiæ oblatione redimuntur, & à peccatis absoluūtur. Ideo Apostolus ad Hebr. 10. dicit. Sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi. Tum sexto iste error perniciosissimus est cōtra fidei Christianæ pietatem. Pietas nempe fidei Christianæ monet quamlibet mentem deuotam ad acceptum tātum à Deo beneficium recognoscendum & gratias agendū, de hoc quòd unigenitus Dei filius suæ diuinitatis uolens nos esse participes, naturā nostram assumpsit, totā nobis contulit

contulit ad ſalutem: corpus namque ſuum pro noſtra reconciliatione in ara crucis obtulit Deo Patri, ſanguinem fudit in precium ſimul & lauacrum, ut redempti à miſerabili ſeruitute, à peccatis omnibus mundaremur, & ut tanti beneficii iugis maneret in nobis memoria, corpus ſuum in cibum & ſanguinem ſuum in potum ſub ſpecie panis & uini ſumendum fidelibus dereliquit. Sed hæc fidei pietas, hæc deuotio fidelium, hæc gratiarum actio pœnitus tolleretur, ſi non ipſe Chriſtus, nec uerum corpus eius, nec uerus ſanguis eius, ſed tantum aliquod ſignum aut figura ipſius nobis in hoc ſacramento proponeretur. nec locum aut colorem habere poteſt illa hæreticorum expoſitio, qua dicunt hæc Chriſti uerba: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt calix ſanguinis mei, &c. eſſe figuratiue dicta, ſicut illud quod ait Chriſtus, Ioannis 15. Ego ſum uitis uera, & uos palmites. Et illud primo ad Corint. 10. Petra autem erat Chriſtus: Nam omnino illud eſſe contra Saluatoris intentionem poteſt clare apparere ex contextu ſcripturæ, ubi talia uerba ponuntur, quia dicit beatus Auguſtinus in libro octuageſimo tertio quæſtionum. q. 69. Solet circunſtantia ſcripturarum illuminare ſubſtantiam, uniuerſaliter autē intellectus uerborum Chriſti an figuratiue dicta ſunt an non, colligi poteſt ex præcedentibus, uel ex ſequentibus, ibidem, uel ſimul ex utriſque,

vel

vel ex aliis locis scripturæ. Vnde cum Christus ait, Ego sum vitis vera: subiunxit,& vos palmites. Sed manifestum est, quòd discipuli non erant palmites naturales,sed tantum figurales, & figuraliter. Sed cum dicit,Hoc est corpus meũ: subdit, quod pro vobis tradetur. Cum etiam dixisset, Hic est calix sanguinis mei: subdit, qui pro vobis effundetur. Constat autem quòd verum corpus eius pro nobis traditum est in mortem, & verus sanguis effusus, non signum aliquod aut figura aliqua. patet hoc idem alibi Ioã. 6. Christus dicit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et panis, quem ego dabo,caro mea est pro mundi uita. Sed veritas distinguitur contra figuram. Cum ergo dicit carnem suam esse vere cibum, & panem vere reficientem ad vitam æternam, manifestum est, quòd non loquitur de aliquo signo, nec de figura aliqua corporis aut sanguinis. Vnde etiam & manifeste hunc panem quem dicit carnem suam distinguit contra figuram,dum in eodem contextu literæ, dicit: Non sicut manducauerunt Patres vestri manna in deserto, & mortui sunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum. Et ex hoc colligitur aliud argumentum, figuris veteris testamenti corrispondere debet veritas in Nouo Testamento. Sed agnus qui figurabat Christum in veteri testamento sumebatur in cibum, vt Exod. 12.Ergo in Nouo Testamento verum

uerum corpus Christi, quod per agnum figuratiue, debet manducari vere in sacramento Eucharistiæ, & non tantum figura eius aut signũ. Quia vero, vt dicit Apostolus primo ad Corin. 2. Animalis homo percipit ea, quæ spiritus Dei sunt: Ideo sicut illi de discipulis Christi, quibus dixit, Nisi manducaueritis, cum essent animales & carnales non intelligentes uerba Christi, quæ intellectum spiritualem requirebant, occasionem errandi ex verbis illis sumpserunt, & ab eo recesserunt: Ita & isti hæretici ex uerbis Christi, quibus spiritualem intellectũ priorũ uerborũ apponit, dicens, Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, erroris sui receperunt fulcimen tum, non attendentes ad intellectum verborum, qui haberi potest per relationem ad uerba præcedentia. Vnde secundum beatum Augustinum super Ioan. cum Christus dixit caro non prodest quicquam, subintelligendum est illo modo quo illi carnales Discipuli intellexerũt, carnem Christi esse manducandum, scilicet quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu regatur. Accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum: nam si caro non prodesset, verbum caro non fieret vt habitaret in nobis. Etiam secundum beatum Augustinum, eadem caro Christi coniuncta uerbo & spiritui, uiuificat: in se autem, scilicet sine uerbo & spiritu, non prodest quicquam. Sicut carbo non vrit

super

ſine igne. Et ideo ſubdit Chriſtus, Verba quæ locutus ſum ſpiritus & uita ſunt: ideſt referenda ſunt ad ſpiritum coniunctum Chriſti,& ſic intel lecta,uita ſunt. Nam ſicut corpus uiuit uita corporali per ſpiritum corporalem, ſic anima uiuit uita ſpirituali per Spiritum ſanctum. Ex his patet quomodo intelligendum ſit dictum beati Augustini ſuper Pſal. 54. quo dicit non hoc corpus quod uidetis mãducaturi eſtis,&c. Per hoc enim non intẽdit excludere ueritatem corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ,ſed oſtẽdere uult, quòd non erat uiſibiliter manducandum in hac ſpecie ſeu forma humana, quia ab eis uidebatur, ita vt diſcerperetur per partes, ſicut carnes aliorum animalium. Similiter cum ſubdit. Sacramentum uobis aliquod commendaui, quod ſpiritualiter intellectum uiuificabit uos:non intendit quod corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſolum ſecundum miſticam ſignificationẽ & figuram: ſed ſpiritualiter ibi eſſe dicitur, ideſt inuiſibiliter, & per uirtutẽ ſpiritus per quam nos uiuificat. Vnde beatus Auguſtinus in Epiſtolam ad Ireneum dicit, Ipſum quidẽ & nõ ipſum corpus quod uidebatur manducatur, manducatur ipſum uiſibiliter non ipſum uiſibiliter. Et ſuo modo intelligẽdum eſt de ſanguine. Eodẽ etiam modo intelligendum eſt dictum aliud beati Auguſtini,donec ſeculum finiatur,forſan & Dominus, &c. Intelligendum eſt enim corpus Chriſti

eſſe

esse tantum in uno loco uisibiliter in forma humana: ueritas tamen eius, idest diuinitas ubiq; est, cum quo stat, quòd uerum corpus Christi in omni altari est, ubi celebratur. Et hæc est intẽtio Magistri in 4. d. 5. Sancti Thomæ & cæterorum Doctorũ, qui cõiter cõtra hanc hæresim scripserunt ipsam reprobãdo, eo qđ per ipsam deuotio fidelium ad sacramentum tam salutiferum tepesceret, & ueritas Dei in magna parte deperiret. & tantum de materia primæ partis principalis.

IAm consequenter in secunda parte principali habeo declarare, & deducere in speciali, quòd necessitas cõmunionis simplicis, seu laicæ sub duplici specie sit contra scripturam, contra figurã, contra aliquorum hominũ naturam, &c. Quorũ primum patet per illud Ioan. 6. Hic est panis de cœlo descendens, ut siquis manducauerit ex eo, nõ moriatur. Et subditur. Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi: siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Vbi p panẽ scđm Chrisos. Corpus Christi, qđ aĩam cõseruat intelligitur. & scđm Gl. ille panis intelligitur, q per mãna signi ficatur. sed mãna figurabat corpus Christi. & ibidem. Panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi uita. Et iterum. Qui manducat me, & ipse uiuet ꝓpter me. Et paucis interpositis subditur. Qui manducat hunc panẽ uiuet in æternũ. Vbi dicit Hiero. Ille panis caro Christi est, quæ pro mundi

uita

vita in ara crucis imolata est. hunc autem manducat Ecclesia. Ideoque non moritur sed uiuit in æternum. hæc ille. In quibus locis scripturæ Dominus videtur velle, quòd sufficit sacramenti sumptio sub vna specie, scilicet panis, eo quòd nullam de vino, seu altera specie facit mentionẽ. Non enim dicit, hoc est vinum de cœlo descendens; vt siquis bibit ex eo nõ moriatur, sed dicit, Hic est panis, &c. Nec dicit: Ego sum vinum viuens de cœlo descendens, siquis biberit ex hoc vino, viuet in æternum: sed dicit, Ego sum panis, &c. Nec dicit, Vinum quod ego dabo sanguis meus est pro mundi vita: sed dicit, Panis quem ego dabo, &c. Nec dicit, & qui bibit me, & ipse viuet propter me: sed dicit, Et qui manducat me, &c. Nec dicit qui bibit hoc vinum viuet in æternum: sed, Qui mãducat hunc panem viuet in æternum. Ecce quomodo Dominus tantum vnam speciẽ, scilicet panis exprimit, innuens per hoc manducationem Eucharistiæ sub vna specie, scilicet panis sufficere pro vita æterna capescenda. Nihil in his auctoritatibus de altera specie mentionando. & Luc. 11. scribitur, quod vnus ex discipulis dixit, Iesu Domine doce nos orare: Et ait illis, Cum oratis, Dicite Pater noster, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. Vbi Matt. 6. habetur, Panem nostrũ supersubstantialẽ da nobis hodie. Et secundum

plures

plures doctores, quos allegat beatus Thomas in Gloſ. continua per panem corpus Chriſti, ſeu panis ſacramentalis debet intelligi. Vnde dicit beatus Hieronymus. Quando petimus ut peculiarem uel præcipuũ, uel ſuperſubſtantialẽ Deus panem nobis tribuat, illum petimus, qui dicit in Euãgelio, Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Et beatus Cyprianus dicit. Panis uitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium nõ eſt, ſed noſter eſt. Hunc autem panem dari nobis cottidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus & Euchariſtiã cottidie accipimus intercedente aliquo grauiore delicto, cum à cœleſti pane ꝓhibemur, à Chriſti corpore ſeparemur. Petimus ergo, ut qui in Chriſto manemus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus. Et bea. Auguſtinus in libro de bono perſeuerantiæ, dicit perſeuerantiam ergo à Domino ſancti petũt, quando petũt ne à corpore Chriſti ſeparẽtur, ſed in ea ſanctitate permaneant, ut nullum crimen committant. Et in collationibus patrum dicitur. Cũ dicit hodie, oſtendit eum cottidie eſſe ſumendũ in omni tempore. hæc oratio debet cottidie profundi, quia non eſt dies, quo non opus ſit nobis huius panis perceptione cor interioris hominis confirmare. hæc beatus Thomas in Gloſ. continua ſuper Matth. Et Titus dicit, Panis iſte medicina eſt animarum deferens ad uitam perhẽnem. Hũc igitur cottidie accipe, vt tibi cottidie proſit:

ſic viue, vt cottidie merearis accipere. Et Lira tractans illud Matt. 6. Panem noſtrũ, &c. dicit. Omnia ſacramenta ordinantur ad ſacramẽtum, quod petimus, quando dicimus, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem. Dicitur autem ſuperſubſtantialis, quia tranſcendit uitam corporalem, & perducit ad uitam æternam. Ioannis. 6. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, ſiquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et petendo hoc ſacramentum, petimus omnia alia, quæ ordinantur ad ipſum. Et ſubdit Luc. 11. capit. Vocat eum panem cottidianum, quia cottidie ipſum ſumimus per miniſtros Eccleſiæ, qui hoc ſacramentum percipiunt pro ſe, & pro tota communitate. hæc ille. Ex quibus patet, quòd in oratione Dominica per panem cottidianũ, ſeu ſuperſubſtantialem, uno modo corpus Chriſti intelligitur, quod docet nos Saluator petere à Deo Patre ſub ſpeciebus panis, nullam de uino ſeu de eius ſpecie faciens mentionem. Per hoc innuens ſumptionẽ corporis Chriſti ſub una ſpecie, ſcilicet panis, pro tempore & loco ſufficere ad ſalutem. Si ergo ad Chriſti informationem petimus illum panem ſuperſubſtantialẽ, ſcilicet, qui eſt corpus Chriſti, nobis cottidie ſub una ſpecie dari. Quare ergo ſumptio eiuſdem ſic petiti ad informationem Chriſti, non ſufficeret fidelibus ad ſalutem? Item Ioã. 1. dicitur. Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Vbi per agnum

ſecundum

secundum Doctores Christus intelligitur, & sic iterum Eucharistia sub una specie, scilicet comestibili exprimitur. Dicitur autem Christus agnus multiplici de causa. Primo ratione puritatis ꝓpter peccati immunitatem. Exod. 12. Erit agnus masculus, anniculus, sine macula. Masculus propter inuictam fortitudinem: anniculus propter humilitatis celsitudinem: & immaculatus ꝓpter totius sanctitatis plenitudinem. Secundo Christus dicitur agnus ratione benignitatis propter patientiæ lenitatē. Tertio ratione amoris & charitatis, quia pro nobis imolari uoluit ꝓpter amoris immensitatem. Quarto ratione fructus & utilitatis propter cibi & uestis pretiositatem. Quinto ratione præfigurationis propter præfigurati ueritatem. Sexto ratione innocentiæ, & sinceritatis propter doli defectiuitatem. Septimo ratione amministrationis propter uariam utilitatem. Item Apostolus Paulus. 1. ad Corin. 5. dicit, Pascha nostrum, scilicet Christus, per quem trāsire debemus de hoc mundo ad Patrem, ut dicit Glosa, imolatus est, quē scilicet edere debemus. & non dicit imolatum est, uinum aut sanguis, quem bibere debemus. Et subditur ibidem, Itaque epulemur. & post pauca, in azimis sinceritatis. Vbi solum mentio fit de pane, scilicet azimo, & non de uino. Et in distinctione. 11. in fine capituli, dicit. Itaque fratres mei, cum conuenietis in unum ad similitudinem Dominicæ

cœnæ secundũ Glo. ad manducandũ. Gl. Corpus Domini inuicem expectantem, idest ieiuni dum omnes cōueniant, ut multorum oblatio insimul celebretur, ut dicit Ambrosius. Siquis autẽ esurit: Glo. Et impatiens non uult expectare, domi manducet suos cibos, idest pane terreno pascatur, nec post Eucharistiam sumat. Et est Glosa Beati Ambrosii, ut nō in iudicium damnationis secundum Glosam. Conueniatur. ubi notanter dicitur ad manducandum, & non ad bibendum. Item secundo dicitur: Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum & cōmunicatione fractionis panis, sancti sc'dm Glos. & nō dicit in communicatione bibitionis uini. Et Magister in Scholastica, exponit fractione panis, idest Eucharistiæ: Quia in primitiua Ecclesia crebro cōueniebant ad percipiendum Eucharistiam. hæc ille. Item Luc. 15. habetur de filio prodigo, quòd ei pater occidit uitulum saginatum, per quem Christus significatur, ꝓpter gratiæ pinguedinẽ, qui uitulus occisus manducabatur. Vbi nulla mentio de bibitione. Vbi dicit Lira, Adducite uitulum saginatum ut epulemur, & occidite ut manducemus, idest sacramentũ Eucharistiæ fidelibus ministrate, in quo imolatur Christus, qui est uitulus saginatus propter gratiæ plenitudinẽ, & pinguedinem, & manducemus, quia in primitiua Ecclesia non solum ministri Ecclesiæ sumebant hoc sacramentum, sed etiam omnis

populus

populus cottidie, ut habetur Act. 2. Erant perſeuerantes, &c. Hæc ille. Et adhuc ſecundum ſtatum Eccleſiæ de pœnitentia & remisſionibus omnis utriusq; ſexus, omnis fidelis adultus & doli capax, ſemel in anno ad minus in Paſcha ſacramentaliter tenetur refici hoc ſacramento; niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio ob aliquam rationalē cauſam ad tempus à bonis perceptione ſacramentali duxerit abſtinendum, uel alia extrinſeca impedimēta habuerit, ꝓpter quæ merito poterit excuſare. Et ſubdit Lyra, ubi ſupra. Et etiam ipſo fideles reficiuntur cottidie, quia ſacerdotes non ſolum ſumunt hoc ſacramentū pro ſe, ſed etiā pro populo. Hæc ille. Item hoc idem patet ex ſatiationibus Chriſti quibus ſatiauit turbas & diſcipulos ante & poſt ſuā reſurrectionem. Scribitur enim Matth. 14. Mar. 6. Lucæ. 9. Et Ioannis. 6. Quòd Dominus ſatiauit quinque milia hominum de quinq; panibus & duobus piſcibus. Et Mar. 8. habetur, quòd ſatiauit quatuor milia de ſeptem panibus, & tamen non dicit ibi, quòd potauit tot milia uino uel aqua, ſeu alio liquore. Item Lucæ ultimo dicitur. Et factum eſt cùm diſcumberet Ieſus in Emaus cum illis, ſcilicet duobus diſcipulis, ſcilicet Cleopha & alio quem Euangeliſta non exprimit. Accepit panem, benedixit & fregit, & porrigebat illis. Vbi ſecundum multos Doctores corpus ſuum ſolum ſub ſpeciebus panis eis.

tradidit, eo quòd nihil dicit de uino. Illi autem discipuli fuerunt adhuc laici, quia non erant de illis duodecim, qui solum in sacerdotes per Dominum in ultima cœna fuerunt ordinati secundum aliquorum Doctorum assertionem. & dato quòd fuissent sacerdotes, quia tamē pro tunc non sacrificabant, ergo licite sub una specie sumebant, sicut hodie faciunt sacerdotes extra sacrificium communicantes. Item Ioannis ultima. Christus manifestauit se Discipulis septem ad mare Tiberiadis. Vbi accepit panem & piscem assum & dabat eis. Quod tractans Innocentius in sua summa de officio missæ libro.6. cap. 9. dicit. Per assum piscem quem Christus cum Discipulis suis comedit, intelligi debet corpus Christi, quod in ara crucis assatum fuit. Hæc Innocentius.& beatus Gregorius in Omelia Euangeliorum 24. dicit, Quòd per assum piscem, debet intelligi mediator Dei & hominum pro nobis passus. Vbi iterum nulla fit mentio de vino, &c.

S. T. sic patet primum præmissorum, &c.

SEcundum uero, quod sit contra figuram, patet, quia ut elicitur ex dictis sancti Thomæ, figura in lege est quoddam pronosticum signū significans exemplariter aliquid, vel aliqua in noua lege ueteri correspondentia euenire. Oportet enim quòd ueritas, idest noua lex correspondeat

deat umbræ, id eſt ueteri legi, quæ erat figura nouæ dicente Apoſtolo prima ad Corinth. 10. Omnia in figura cõtingebant illis, lex autem uetus multifarie figurans ſacramentum illud principale nouæ legis, ſcilicet Euchariſtiæ, multis figuris oſtendit, quòd ſacerdotes ſacrificantes ſub duplici ſpecie ſacramentali, debent hoc ſacramentum percipere, & non ſacrificantes ſacerdotes & laici ſub vna ſpecie tantum, ſcilicet panis, poſſunt communicare. Vbi ſciendum, quòd tantum quatuor ſunt figuræ principales Euchariſtiam figurantes, ſecundum Magiſtrum in 4. diſtinctione, comm. 1. ſcilicet ſacrificium Melchiſedech in lege naturæ, Agnus paſchalis & manna in lege Moyſi, & Sanguis & aqua quæ fluxerunt tempore paſſionis de Chriſti latere, in lege gratiæ. Quod ſic declaratur. Sacramentũ Euchariſtiæ, aut fuit præfiguratum per illud, quod eſt ſignum & cauſa, & ſic effuſio ſanguinis, & aquæ ex latere Chriſti fuit figura eius: aut per illud, quod eſt ſignum tantum, & ſic quantum ad illud quod eſt ſolum ſacramentum in Euchariſtia, oblatio Melchiſedech fuit eius figura. Sed quantum ad illud quod eſt res, & ſacramentum, ſcilicet, quantum ad Chriſtum paſſum, Agnus paſchalis fuit eius figura. Quantum uero ad illud quod eſt res tantum, ſcilicet, quantum ad unionem fidelium per gratiam, manna fuit eius figura. Ex quo ſequitur,

quòd sacrificium Abrahæ non fuit figura principalis Eucharistiæ, & ita de sacrificio Abel, & aliis oblationibus ueteris testamenti: omnes tamen oblationes & omnia sacrificia veteris testamenti reducuntur ad agnum paschalem. Sic & omnes cibi sacramentales eiusdem testamẽti reducuntur ad manna. Secundo sequitur quamuis omnia sacrificia tempore naturæ & legis ab Abel iusto primo incipiendo & descendendo ad Noe, Melchisedech, Abraham, usque ad sacrificia legalia Aaron & filiorum eius, figurabant illud unicum & singulare sacrificium, scilicet oblationem Christi in cruce, & sacramentum Eucharistiæ, in cuius fide cætera omnia Deo placuerunt, non tamen æquè principaliter omnia illa hoc figurabant. patet ex præcedenti, quo præmissa declaratur. Primum, scilicet, quòd sacrificantes sub duplici specie debent Eucharistiã percipere: illud enim primo præfiguratum erat. Genesis. 14. In oblatione Melchisedech panis & uinum erat, quia sacerdos Dei altissimi. De qua dicit Ambrosius super primo Matth. 26. Accipite & comedite. Christus, inquit, suis discipulis obtulit in cœna quod Melchisedech repræsentauit in figura. Et in libro de sacramentis, & allegatur per Magistrum in 4. distinctio. 8. in fine capituli primi, dicit. Ex hoc accipe anteriora sacrificia Christianorum quam Iudæorum. Obtulit enim Melchisedech panem & uinũ,

similis

similis per omnia filio Dei, cui dicitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et beatus Hieronimus tractans illud Matth. 26. Cœnantibus illis accepit, &cæt. Dicit postquam tipicum Pascha fuerat impletum, & carnes agni cum Apostolis comederet, ad uerum Paschæ trãsgreditur sacramẽtum, ut sicut in præfiguratione eius Melchisedech summi Dei sacerdos panem & uinum offerens, fecerat ipse quoque in ueritate sui corporis & sanguinis, sic figuratum præsentaret. Et Vuillelmus in suo sacramentali dicit, quod sacrificium legale præcessit sacrificium Euangelicum: hoc enim sacrificium primus Melchisedech legitur celebrasse, quia ipse erat sacerdos Dei altissimi. Hæc ille. Vnde canit Ecclesia. Sacerdos in æternum Christus Dominus secundum ordinem Melchisedech, panem & uinum obtulit, & Ecclesia cottidie offert utrumq; pro peccatis omnium fidelium, quia oblatio Melchisedech figuratio fuit specierum sensibilium in altari nostro offerendarum. Nam & altare quod ædificabat Abraham ad imolandum Isaac filium suum. Genesis 20. secundum Glosam, ibidem, figura erat nostri altaris, in quo consecratur corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi. Item Hugo de Argentina in suo Compendio catholicæ ueritatis libro sexto: Præfigurationem utriusque speciei sacerdotalẽ ponit in uirga Ionathæ mellita

lita de qua habetur primo Reg.4. vbi ſecundum cum figuratur quis debeat offerre, quia Ionathas qui ſacrificantem præfigurat, per fauum autem mellis ſanguis Chriſti deſignatur cum offerentis deuotione, quod eſt officium ſacerdotis. Item in ſacrificiis ueteris teſtamēti ſanguis fundebatur ſuper altare, ut ibi conſumeretur, ad deſignandum, quòd ſacerdotes Noui Teſtamenti in altari ſanguinem Chriſti ſub ſpecie uini deberent percipere. Vnde Leuit. primo dicitur de ſacerdotibus, Sanguinem fundens in altari. Et in 4. capitulo eiuſdem libri dicitur pro peccato ſacerdotis, uel etiam totius multitudinis, ſacerdos offerat uitulum, cuius ſanguinem aſpergat contra uelum Sanctuarii, & de eodem ponat ſuper cornua altaris, tymiamatis reſiduum fundendo in baſim altaris holocauſti, & decimoſeptimo, ibidem dicitur, Sanguinem dedi uobis, ut ſuper altare meum expietis illum pro animabus ueſtris. Deuteronymii duodecimo, dicitur laicis, Cum obtuleris carnem & ſanguinem ſuper altare Domini Dei tui, ſanguinem hoſtiarum fundens in altari, ſcilicet per manus ſacerdotum & leuitarum & carnibus ipſe uesceris. Vbi iterum figuratur, quòd ſoli ſacrificantes ſub duplici ſpecie deberent ſacramentum Euchariſtiæ percipere. In cuius ſignum ſoli ſacerdotes ueteris teſtamenti utebantur libaminibus, ideſt his quæ fiebant ex fluuida ma-

teria,

teria, ſcilicet, oleo, melle, & uino. Et Hugo præallegatus in ſexto libro ſui Compendii, ubi ponit figuras huius ſacramenti, deducit ex libro Leuitici, quòd communicatio ſub duplici ſpecie in ſacrificio, quæ ſacerdotalis dicitur, præfigurata fuit in hoſtia, quæ ſignificabat reconciliationem in uictima, quæ importabat pro peccatis ſatisfactionem. Et in holocauſto, quod deſignabat totius corporis Chriſti læſionem. Chriſtus enim qui in ſua paſſione hoſtia uictima & holocauſtum fuit, in ſacrificio altaris pro peccatis omnium offertur, quo ad ſufficientiam, licet non quo ad efficientiam. Secundum uero, uidelicet de non ſacrificantibus, quòd illi ſolum ſub ſpecie panis poſſunt percipere ſacramentum Euchariſtiæ, patet primo de ſacerdotibus per illud prim. Reg. ſecundo in fine, Dimitte me obſecro ad unam partem ſacerdotalem, ut comedam buccellam panis. Vbi uidetur figurari non ſacrificantes licite ſub ſola panis ſpecie poſſe communicare. & hunc modum ſeruat Eccleſia in bona ſexta feria, in qua ſolum ſub ſpecie panis fit communicatio. Sanguis enim illo die ſub ſpecie uini non conſecratur, nec à præcedenti reſeruatur die. Illo etiam modo infirmi & debiles communicantur ſacerdotes. Sic enim beatus Hieronymus, Ambroſius, Euſebius, Benedictus, Dominicus, & multi alii

in extremis

in extremis communicauerũt. patet etiam de laicis, & indifferenter de omnibus non sacrificantibus. Nam agnus paschalis, manna, esca Angelorum figurabãt Agnum uerum Dominum nostrum Iesum Christum. Sed in imolatione agni paschalis, Exod. 12. & in manducatione mannæ, ibidem 16. nulla fiebat mentio de potatione uel imolatione uini. Et iterum cũ Sapientiæ 16. vbi dicitur, Esca Angelorum nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, & omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et Psalm. 77. Panem cœli dedit eis, Panem Angelorum manducauit homo: nulla fiebat mentio de potatione & uino. Creditur hoc factum ad designandũ quod simplices & fideles solum communicãtes, & non sacrificantes, licite sub vna specie possunt Eucharistiam percipere, quod erat probandum. & tantum de secundo principali.

INsuper tertium. uidelicet, quòd laicalis communicationis necessitas sub duplici specie sit, contra aliquorum hominũ naturam: patet, quia reperiũtur aliqui homines, qui ex natura sua nullo modo possunt bibere uel odorare uinum: & per consequens, nec sub speciebus uini communicare. Modo si communicatio utriusque speciei esset de necessitate præcepti Diuini, & salutis, omnes tales essent in statu damnationis. quod

quod non eſt dicendum. quia ſi propter inexi-ſtentiā à natura nullus eſt uituperādus. 2. Ethic. tunc nec ꝑpterea aliquis eſt damnandus, &c.

POrro quartum, quòd illa neceſsitas ſit cōtra Eccleſiām non errātem: patet, quia eſt contra Eccleſiam, quæ errare non poteſt. ergo aſſumptum pro prima parte, ſcilicet, quòd ſit cō tra Eccleſiam, patet multipliciter. primo, quia eſt contra eius determinationē in Concilio Cō-ſtantien. Cuius determinationis tenor per omnia ſequitur in hæc uerba. Cū in nonnullis partibus quidā temerarie aſſerere præſumant populum Chriſtianum debere ſacrum Eucharistiæ ſacramentū ſub panis & vini ſpecie ſuſcipere, & nō ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini, populum laicum pasſim cōmunicent etiam poſt cœnā, uel &c. non ieiunandū & communicandū eſſe pertinaciter aſſerunt contra laudabilem cōſuetudinē, rationabiliter approbatā, quam tanq̃ ſacrilegam damnabiliter reprobare conātur: hinc eſt, quòd ſacrum Conſtantien. Conciliū aduerſus hunc errorem ſaluti fideliū prouidere ſatagens, matura pluriū doctorū tam diuini quā humani iuris deliberatione præhabita decernit, declarat & diffinit, quòd licet Chriſtus, poſt cœnā inſtituerit, & ſuis Apoſtolis miniſtrauerit ſub utraque ſpecie panis & uini hoc Venerabile ſacramentum: tamen hoc non obſtāte, ſacrorum

Canonum

Canonum auctoritas, laudabilis & approbata consuetudo Ecclesiæ, seruauit & seruat, quòd huiusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, à iure uel ab Ecclesia concesso, uel admisso. Et sicut hæc consuetudo ad uitandum aliqua pericula & scandala rationabiliter introducta est. Sic potuit simili aut maiori ratione introduci, & rationabiliter obseruari, quòd licet in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraque specie; tamen postea à conficientibus sub utraque specie, & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur. Cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum integrum corpus Christi, & sanguinem tam sub specie panis quam sub specie uini ueraciter contineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo ab Ecclesia rationabiliter introducta & doctissime sit obseruata, habenda est pro lege, quam non licet reprobare aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Quapropter dicere, quòd hanc consuetudinem aut legem obseruare sit sacrilegium, aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum tanquam hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per diocesanos locorum, seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in Regnis aut Prouinciis,

uinciis, in quibus contra hoc Decretum aliquid forſan fuerit attemptatum aut præſumptum iuxta Canonicas & legitimas ſanctiones in fauorem Catholicæ fidei contra hæreticos, & eorum fautores ſalubriter adinuentas. Item ipſa ſancta Synodus decernit & declarat ſuper illa materia, Reuerendisſimis in Chriſto patribus & Dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum in ſpiritualibus Vicariis ubilibet conſtitutis proceſſus eſſe dirigendos, à quibus eis committatur & mandetur auctoritate huius ſacri Concilii ſub pœna excommunicationis, ut effectualiter puniant contra hoc Decretum extendentes. Eos uero, qui communicando populum ſub utraque ſpecie exorbitauerunt, & ſic faciendum docuerunt, ſi ad pœnitentiam redierint, ad gremium Eccleſiæ ſuſcipiant iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Qui uero ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint, omnino indurato per cenſuras Eccleſiaſticas per eos, ut hæretici ſunt cohercendi. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio, brachio ſeculari. Item Eccleſia non miniſtrat laicis ſub bina ſpecie ſacramentum Euchariſtiæ: ergo aliter miniſtrans, nõ miniſtrat, ſicut Eccleſia miniſtrat & obſeruat. Et per conſequens contra Eccleſiam facit: Qui enim non eſt mecum, contra me eſt. Matth. 12. Qđ de hæreticis & ſciſmaticis, qui cõtra Chriſtũ ſunt,

sunt, & eius Ecclesiam, potest intelligi. ut dicit beatus Hieronymus. Et allegat beatus Thomas in Glos. continua super Matth. Item qui ab universali observatione Ecclesiæ recedit, contra Ecclesiam facit. Sed dogmatizantes duplicẽ speciem esse de necessitate salutis, & illo modo ministrãtes ab universali observatione Ecclesiæ recedunt, quæ sic non dogmatizat, nec ministrat, ergo, &c. Valde enim incautum est, & insecurum recedere à totius Ecclesiæ communitate & accedere ad certarũ personarum singularitatẽ prout deducit beatus Augustinus de duobus discipulis euntibus in Emaus, dicens Diabolũ oculos eorũ in uia obumbrasse, ut Christum non agnoscerẽt, dum se à communitate aliorum discipulorũ separassent: quia quam cito quis à communitate separatur eligẽdo singularitatem, Diabolus plus & fortius ipsum nititur impugnare, & tentare, ut sæpius accidit Heremitis & solitarie uiuentibus. Ita etiam & Iudas postquam separabatur à communitate discipulorum, statim ipsum Diabolus instigauit & ligauit, ut Christum traderet, & seipsum postea suspendio interimeret: Sic ad ꝓpositum uidemus, totam Dei Ecclesiam sub una specie quo ad non sacrificantes obseruare communionem. Si igitur nolumus laqueis Diabolicis ligari, maneamus circa obseruationem Ecclesiæ uniuersalem, singularitatem in hac communicatione declinando, cũ non sit possibile stãte

dispositione

diſpoſitione Eccleſiæ ipſam circa tam dignisſimum ſacramentum, & eius diſpenſationem errare. Item qui excommunicantur ab Eccleſia faciunt contra Eccleſiam, quia alias per excommunicationē non reſcinderentur ab ea. Sed ſic dogmatizantes & miniſtrantes excommunicãtur ab Eccleſia, ut in cap. Ad abolendum de hæreticis. ubi dicitur uniuerſos & ſingulos, qui de ſacramēto corporis & ſanguinis Domini aliter ſentire & docere non metuerunt, quam ſacroſancta Romana prædicat Eccleſia & obſeruat, uinculo perpetui anathematis innodamus. Item beatus Auguſt. 11. contra Fauſtum præfert auctoritatē Eccleſiæ Euãgelio, dicens, Euangelio non crederem, niſi auctoritas Eccleſiæ me cõmoneret. Sed quia communicationem utriuſq; ſpeciei eſſe neceſſariam laicis eſt contra euangelium, vt ex prædictis: ergo eſt contra eccleſiam. Et in libro. 2. de gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtinum ſcribens Aug. ſic dicit, In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ uiguit principatus, & ſibi ſubiicit imperium, ideo ad ſepulchrũ piſcatoris ſubmiſſo capite ſupplicãdũ eſt, & etiã malo Papæ obediendum. hæc illc. Et quia & Eccleſia mandat laicam communionē ſub una ſpecie eſſe obſeruandam: Igitur tali mandato eſt obtemperandum & obediendum, cuius contrarium faciunt aduerſarii dogmatizantes & prædicantes utramque ſpeciem in laica communione, & per

F conſequens

consequens contra ecclesiam, quæ sic non dogmatizat & prædicat, faciunt. Sed etiam pro secunda parte, quòd sit contra non erranté, patet, quia impossibile est ecclesiam errare simpliciter, & in toto. etiam patet per Apostolum, ad Ephes. 5. dicentem, Christus dilexit ecclesiam & semetipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret mundãs lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam aut aliquod huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. hoc secundum Glosam & Augustinum intelligitur de Ecclesia militãte. Ex quibus patet, quòd si ecclesia est immaculata rugam non habẽs, quòd impossibile est eam errare simpliciter & in toto. Si enim erraret maculã criminalis peccati ab extra, & rugã mortalis peccati intus haberet: quod est contradictio. quia per actionem bonam munda est à macula, & per spem tensa est ad superiora, ut dicit Glosa. Et beatus Hilarius tractans illud Matt. 16. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduersus eam. Est autem in nuncupatione noui nominis fœlix Ecclesiæ fundamentum, dignumque ædificatione petra, quæ infernales leges & Tartari portas & omnia mortis claustra dissoluit. Vnde ad ostendendum firmitatem Ecclesiæ supra petram fundatæ, subditur per Dominũ, & portæ inferi non p̃ualebunt aduersus eam. hæc ille. Vbi dicit

Glos.

Gloſ. Ideoq; non ſeparabunt eam. ſ. ecclesiam, & à charitate mea & fide. Et beatus Hierony. dicit: Ego portas inferi uitia reor & peccata: uel certe hæreticorum doctrinas, per quas hoĩes ducuntur ad tartarum. Illæ portæ non præualebũt aduerſus eam. Et Origenes dicit, ſingulæ ſp̃uales nequitiæ in cœleſtibus portis portæ ſunt inferorũ, quibus contrariatur portæ iuſtitiæ, ũidelicet eccleſiæ. Et Rabanus, Portæ quoq; inferi & torm\u0113ta & blandimenta ſunt perſecutorum ſeculi, & praua infidelium opa, ineptaq; colloquia, portæ ſunt inferi: qa iter oſtendunt perditionis. oẽs hæ nõ præualebunt aduerſus eccleſiam. Cõcordat Cirillus. Sedm hãc inqt Domini pmiſſionẽ, eccleſia apoſtolica Petri ab oĩ ſeductione hæretica & circũuẽtione immaculata manet, ſup oẽs Præpoſitos, Epos, Primates eccleſiarũ & populorũ in ſuis põtificibus in fide pleniſſima, & auctoritate Petri immobilis exiſtit. Et cũ aliæ eccleſiæ quorũdam errore ſint verecundatæ, ipſa ſola regnat inquaſſibiliter ſtabilita, imponẽs ſilentium & obturans ora hæreticorũ, & nos typum ueritatis & ſanctæ Apoſtolicæ traditionis una cum ipſa cõfitemur, & prædicamus. Et Innocen. lib. 1. de officio miſſæ ca. 8. dicit & fides Apoſtolicæ ſedis ſupra firmam petram ſtabili ſoliditate fundatæ nullis unquam errorum ſordibus potuit inquinari, ſed abſque ruga manens & macula pro neceſſitate temporum à ceteris maculas deterſit errorum.

hæc ille. Ex quibus auctoritatibus apparet stabilitas atque firmitas ecclesiæ contra omnes insultationes hæreticorum. Et beatus Hieronymus, & habetur 24.q.1. Hæc est fides, dicit, Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata permāsit Domino prouidente, & beato Apostolo Petro opem ferente, in futurum manebit sine ulla hæreticorum insultatione atque firma & immobilis omni tempore persistit. ubi innuit beatus Hieronymus ecclesiam immaculatam persistere & immobilem. Si autem erraret, tunc maculata per errorem fieret, & per consequens non firma sed mobilis existeret. Et beatus August. dicit, & habetur in Glos. ad Ephes. 5. Proinde uestis eius in monte tanquam nix albata effulsit, quæ significabat ecclesiam omni macula peccati mundatam, quæ per Christi extensionem in cruce extensa est à ruga. hæc ille. Sed si ecclesia quādoq; erraret, ipsa quandoque maculata & rugata esset: cuius contrarium innuit beatus Augustinus, & super illo Lucæ 22. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. dicit Glos. id est ecclesiæ tibi commissæ, quæ per Spiritum sanctum nō errantem regitur, secundum illud Apostoli. 1. ad Cor. 12. Idem Deus & spiritus est, qui operatur omnia in omnibus. Sed manifestum est, quòd tota congregatio fidelium sibi, & successoribus suis fuit commissa. Si autem illa quandoque erraret simpliciter, & in toto: tunc quandoque fides

des eius deficeret, quia pro illo tempore in quo erraret: quod tamen non est dicendũ. Item nullus in toto errans potest alium in ueritate dirigere & ab errore educere, secũdum illud, Si cœcus cœco ducatum præbet, nonne ambo in foueam cadunt? Matth. 15. Si igitur ecclesia posset in toto errare, cõuenieñter Christus de errãtibus & peruersis diceret, Matt. 18. Si te non audierit, dic ecclesiæ: quam si non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: in nullo enim errore potest quis Deo, qui est pura ueritas, placere. Item Act. 15. dicit prima synodus in ecclesia congregata, Visum est Spiritui sancto, & nobis. Ex quo elicitur, quòd Spiritus sanctus, qui errare non potest, ecclesiam regit & gubernat fidelium. Et iterum primo ad Cor. 2. dicit Apostolus in persona ecclesiæ, Nos Christi sensum habemus. Glo. fide certa tenentes ea, quæ sunt Christi. Sed hoc non esset uerum si ipsa quandoque in toto erraret. Et beatus Bern. in uno sermone de palmis, Non sine causa spiritum spõsi pariter & Dei sui habet ecclesia. Si igitur habet ecclesia spiritum sponsi pariter & Dei sui, uidetur quòd non possit errare. Item Spiritus sanctus est rector, uiuificator, institutor & fundator ecclesiæ, vt elicitur ex symbolo Apostolorum & Concilii Niceni: ubi statim post Spiritum sanctum, mentio fit de ecclesia. hoc autem non fieret si ipsa secundum se totam posset errrare: partialiter tamen & in

parte quandoque aliquæ personæ ecclesiæ errāt. Vnde in ca. A nobis. 2. de sententia excommunicationis dicitur, quòd ecclesia quandoque fallit & fallitur, quod de ecclesia quarto modo dicta intelligitur, scilicet de prælato, seu iudice ecclesiastico, dicente ibidem ecclesia, idest iudex ecclesiasticus sæpe fallitur per falsam testium depositionem ad ferendam snīam iniustam, & ita errat & fallit sæpe, quando ad fauorem unius partis iniustam fert sententiam: & sic iterum errat. Et sic etiam patet quartum principale.

RVrsum quintum, quòd necessitas communicationis simplicis, seu laicalis sub utraque specie sit contra sanctorum attestationem, patet primo auctoritate beati Ambrosii in lib. de Sacramentis dicentis. Ista esca quam accipitis, iste panis uiuus, qui de cœlo descendit, uitæ æternæ substantiam ministrat, & quicunque hunc panē manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus Christi est. hæc ille. Et habetur de cons. d. 2. Reuera. Et idem dicit Christi caro, cum digne percipitur, uita utiq; æterna in nobis reparatur. Panem quidem istum sumimus in ministerio. Illum utique intelligo panem, qui manu Spiritus sancti formatus est in vtero uirginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus hominum. Vnde ipse ait, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi.

Et uerus panis quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi uita. hæc ille. Et habetur de conſecr.d.2. Omnia. Et idem in libro de officiis dicit, Qui manducat hoc corpus fiet ei remisſio peccatorum. Et habetur de conſecrat. diſtinct. 2. ante benedictionem. Et in libro de ſacramentis dicit, Non eſt panis, qui uadit in corpus, ſed panis uitæ æternæ,qui animæ noſtræ ſubſtantiam ſubit. Iſte panis cottidianus eſt. Accipe cottidie,quæ cottidie tibi proſint: ſic uiue,ut cottidie merearis accipere. Et habetur de conſecratio. diſtinctione ſecunda, Non eſt iſte. Ex quibus patet, quòd ſecundum intentionem beati Ambroſii ſufficit ſumptio Sacramenti ſub ſpeciebus panis, eo quòd ſub illis uerum corpus Chriſti, & uerus ſanguis ſumuntur. Et quòd hoc ſit verum, declarat per unam dubitationem, quam mouet in libro de officiis, dicens, Sed forte dicis ſpeciem ſanguinis non uideo. Reſpondet Ambroſius. Ideo in ſimilitudine accipis Sacramentum, ne horror quidam eſſet cruoris, ſed manet gratia Redemptoris. Sed ueræ naturæ uirtutem gloriamque conſequeris. Ego ſum inquit panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. hæc Ambroſius. Et habetur de conſecratio.diſtinctio. ſecunda. forte patet hoc idem atteſtatione & auctoritate beati Hierony. in Leuiti. dicentis, de hac quidem hoſtia,quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de hac vero,

quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. Vbi notanter dicit edere,& nihil de bibere. Et habetur de conse.d.2.de hac. Et idē in Sophonia dicit & habetur 1 q.1.Sacerdotes. Sacerdotes qui eucharistiæ seruiunt,& sanguinem Domini, idest sacramentum sanguinis populis diuidūt, impie agunt in legem Christi. Tales autem uidentur esse sacerdotes, qui laicos sub duplici specie cōmunicant. Et idē bea. Gregor.in quadam epistola contra Vigilātium, dicit: Quid necesse est in manus sumere, quod ecclesia non recipit, nisi forte Manichæi ridiculum perquiris. hæc ille. Et quia in communicatione laica ecclesia non recipit utramque speciem: Est igitur perniciosum & superfluum, ipsam extra sacrificium recipere, propter quod dicit beatus Thomas in secunda secundæ.q.92.artic.1. Sicut uitium falsitatis incurreret,& perniciose ageret,qui aliqua ex parte alicuius ut commissarius, cuius tamen non esset commissarius, ageret,& proponeret:sic uitium falsitatis & pernicici incurrit, qui ex parte ecclesiæ sacramenta ministrat contra modum, diuina auctoritate ab ecclesia constitutum, & in ipsa consuetum. Et artic.2. dicit. Si est aliquod quod de se non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc quod mens hominis Deo subiiciatur,& in ipsum feratur:aut quòd carnis concupiscentiæ moderate refrenentur:aut etiam si est præter Dei & ecclesiæ institutionem,

tutionem, uel contra cōsuetudinē, quæ secundū Augustinum pro lege habēda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum. hæc ille. Et idem beatus Hieron. in quodam sermone dominicali post Epiphaniam dicit. Singuli autem Christum dominū, & in singulis portionibus totus est, nec per singulos imminuitur, sed integrum se præbet in singulis. hæc ille. & habetur de conse.d.2. singuli. Ex quibus auctoritatibus Hierony. habetur quòd communicatio laica sufficienter fit per unam speciem. Et sic dupliciter species in laicis non est de necessitate salutis. Tertio patet hoc idem attestatione & auctoritate beati Augustini in Epistola ad Ireneum dicentis, Christus panis est, de quo qui manducat uiuit in æternum. De quo ipsemet dicit, Et panis quem ego dabo caro mea est pro mūdi uita. hæc ille. Vbi solum facit mentionem de specie panis, & eius sufficientia. Et habetur de consec. dist.2. Christus. Et in sermone de uerbis Domini dicit, & habetur in Glos. 1. ad Corin. 10. Non ergo timeamus fratres manducare istum panem, ne forte finiamus, idest consumamus illū, & postea quod manducemus non inueniamus. Manducetur Christus, uiuit manducatus, quia surrexit occisus, nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Et . . . fideles quemadmodū manducent carnē uel corpus Christi. hæc ille. In qua auctoritate

facit

facit mentionem de sola corporis Christi per fideles manducatione, & nihil de bibitione. Et habetur de consec. d.2. Qui manducat. Et super psalmum.27. dicit de carne Mariæ carnem accepit, & ipsam carnem ad manducandum ad salutem dedit. hæc ille. Et super psalmum. 44. dicit, Iudæi pascebantur tanquam de pœna Domini, & nos de cruce Domini pascimur, quia corpus Christi manducamus. In quibus auctoritatibus nullam de sanguine facit mentionem. Ideo ad salutem sufficere uidetur manducatio Sacramenti sub specie panis. & in lib. de Concordia Euangelistarum uidetur uelle quod panis quem Christus fregit in Emaus, corpus suum fuit. Et sicut tunc ibi sub una specie illos Discipulos communicauit, & sic ambæ nõ fuerũt necessariæ. Dicit enim sic Augustinus, A Christo facta est ꝑmissio impedimenti usque ad Sacramentum panis, ut unitate corporis participata remoueri intelligatur impedimentum inimici ut Christus possit cognosci. hæc Augustinus. Cui etiam dicto concordat Venerabilis Beda super illo Luc. 24. Duo ex Discipulis Iesu ibant in Emaus, sic dicens. Cum enim benedictum panem porrigit, aperiuntur oculi eorum, ut eum cognoscant, & remouetur impedimentum, quod a Sathana fiebat ab oculis eorum, ne Iesum cognoscerent, & impedimentum permittit esse Dominus, donec ad Sacramentum perueniatur. Sed percepta

ueritate

ueritate corporis Chriſti, impedimentum auſertur inimici; ut Chriſtus posſit cognoſci. hæc ille. Quarto atteſtatur hæc idem beatus Gregorius quarto Dialogorum. 3. capitulo, dicens, Quòd beatus Agapytus Papa quendam claudum & mutum communicauit ſub una ſpecie: dicit enim ſic, poſt non multum uero temporis exigente cauſa Doctorum, Vir beatiſsimus Agapytus, huius ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Pontifex, cui Deo diſpenſante deſeruio, ad Iuſtinianum Principem accesſit, cui adhuc pergēti, quadam die in Græciarum partibus curandus oblatus eſt mutus & claudus, qui neque ulla uerba edere, neq; ex terra un quam ſurgere ualebat. cumque hunc propinqui illius flentes obtuliſſent, Vir Domini ſollicite requiſiuit, an curationis illius haberent fidem. cui, cum in uirtute Dei ex auctoritate Petri fictam ſalutis illius ſpem habere ſe dicerent, protinus uenerandus uir orationi incubuit, & miſſarum ſolemnia exorſus, ſacrificium in conſpectu Domini omnipotentis imolauit. quo per acto ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque asſiſtente & aſpiciente populo, eum mox à terra in propriis gresſibus erexit. cumque ei dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua ſoluta eſt. hæc ille. Sed Deus non eſt teſtis falſitatis, & erroris, quia ipſum mentiri eſt imposſibile.

Ad

Ad Heb.6. Etiam seipsum negare non potest, ut dicit Apostolus, ergo &c. Quinto idem sentit beatus Hilarius dicens, Si non sunt tanta peccata, ut quis excommunicetur, non se debet à medicina corporis Domini separare. hæc ille. & habetur de consec. d. 2. Si non. Et octauo de Trinitate dicit. In Christo Pater, & Christus in nobis est unum, in his esse nos faciunt, si uere carnem corporis nostri Christus assūpsit, & uere ille homo Christus est, nosq; uere sub misterio carnē corporis sui sumimus. Per hoc unum eximus, quia Pater in eo est, & ille in nobis. hæc ille. Et habetur de consec. d. 2. in Christo. Vbi nullā de sumptione sanguinis, sed solius corporis facit mentionem. Sexto idem attestator beatus Eusebius ad Damasum Papam de morte gloriosi Hieronymi, ubi inter cetera refert quomodo beatus Hieronymus uarie & multipliciter sacramentum dominicum recommēdauit. qua recommendatione finita, eucharistiæ sacramentum sub speciebus panis tantum, ab alio suscepit, sicut & hodie faciunt sacerdotes non sacrificantes. Sic & idem beatus Eusebius in extremis sub sola specie panis communicauit, ut de eo scribit beatus Cirillus, in Epistola ad beatum Augustinum de miraculis gloriosi Hieronymi. Consimile refert Vuillelmus de Monte Lauduno in suo sacramentali, sanctum Victorem egisse. Illo etiam modo beatus Augustinus in extremis cōmunicauit de

manibus

manibus Honorati Vercellẽ. Epiſcopi, ut ſcribit de eo Paulinus epiſcopus Volacien. in epiſtola de ipſius uita ad beatum Auguſtinũ. Et de beato Benedicto ſcribitur in ſua legenda, quòd ultimo die exitus ſui, in oratorium portari ſe fecit, & ibi exitum ſuũ dominici corporis perceptione admuniuit. Et de ſancta Petronella beati Apoſtoli Petri filia, legitur in legenda ſua, quod in extremis poſt multa ieiunia & orationes, corpus Domini ſuſcepit, & demum in lecto ſe reclinãs poſt triduum ad Chriſtum migrauit. Et in legenda ſanctæ Luciæ ſcribitur, quòd ipſa ſpiritum non tradidit poſt gladii inguttur eius immerſionem, donec ſacerdos corpus Dominicum ei traderet, & tunc ſpiritum emiſit. Et in legenda de ſancta Barbara habetur, quod ipſa cũ duceretur ad mortem, inter cetera, ſic orabat, Domine Ieſu Chriſte, cui omnia obediunt, præſta mihi hanc petitionem, ut ſiquis mei memor fuerit, & diem paſſionis meæ ad tuum honorem celebrauerit, ne recorderis peccatorum eius in die iudicii. Eſtoque propitius ei, ut in hora mortis ſine communione corporis tui ſacri non decedat. hæc ibi. Et in legenda de Sancta ſcribitur, quòd ipſa poſtq̃ 27. annis in quodam deſerto propè Iordanem fluuium pœnituiſſet, Vt beatus Zozimas Abbas illuc ueniſſet eidem inter cetera fertur dixiſſe, Obſecro Domine, ut in die Dominicæ cœnæ ad Iordanem tendas, & corpus Domini tecũ feras:

Ego tibi ibidem occurram, & de tua manu corpus illud sacrum suscipiam, nā à die qua huc ueni communionem Domini non accepi, quod & factum fuit, ut in legenda satis late hoc declaratur. Et in legendis sanctorum Francisci, Dominici, & multorum aliorum sanctorum, consimilia ponuntur. Ecce quamdiu durauit hæc simplex sub una specie cōmunicatio, quā sancti in se & in aliis uarie & multipliciter practicarunt, quod utique nullo modo fecissent, si sumptio utriusque speciei de necessitate salutis fuisset. & tantum de quinto principali.

PRæterea sextum, quòd necessitas laicæ communicationis sub duplici specie sit contra consuetudinē approbatam, sic declaratur. Quia ecclesia cōmunicationem laicā sub vna specie. s. panis à mille annis & ultra seruauit, & si hunc modum nō approbasset, nequaquam ipsum obseruasset. Igitur facientes & docentes contrarium, docent & faciunt contra consuetudinem ab Ecclesia approbatam, non aduertētes dictum beati Augustini epistola 17. ad beatum Hieronymum, dicentem, Contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat. & 11. d. c. Consuetudinis paragrapho. Cū uero dicitur. Cum uero nec sacris Canonibus, nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur & concussa seruanda est. Et idem ca. Consuetudinem, dicit ex uerbis beati

Augustini

Augustini ad Cassulanum præsbyterum. Consue tudinem laudamus, quæ tamen contra fidē catho licam nihil usurpare dignoscitur. Et iterum ad eundem dicit. in his rebus, de quibus nihil certi statuit Diuina scriptura, mos populi Dei, & insti tuta maiorū pro lege tenenda sunt. Et præuarica tores legum diuinarum, ita contēptores consue- tudinū ecclesiasticarum cohercēdi sunt. hæc ille. Hinc est quòd b. Ambrosius sabbato nō ieiuna- uit Romæ, sicut fecit Mediolani secūdum illud, Si fueris Romæ Romano uiuito more, Si fueris alibi, uiuito sicut ibi. Si hoc in ieiuno & cibis, multo fortius in sacramentis dādis uel sumēdis. Si.n.in lege ciuili infringens consuetudinē ciuita tis punitur, à fortiori frangēs ecclesiæ ritū & cō- suetudinē meretur pœnā. Et 11.d. Quis nesciat, Scribit Innocent. Decentino Episco. inter cetera dicens. Sæpe dilectionem tuā ad urbem uenisse, & nobiscum in ecclesia cōuenisse non dubiū est, & quē morē uel in cōsecrandis mysteriis uel ce- teris agēdis archanis teneat agnouisse, & quibus- dam interpositis subditur. Quibus idcirco re- spōdemus maiori auctoritate uel tuos instituas, uel siqui à Romanæ eccles. institutionibus errāt, aut cōueniemus, aut iudicare nō deseras, ut scire ualeamus, qui sint qui aut nouitates inducūt, aut altius ecclesiæ quam Romanæ existimant, indu- cunt consuetudinem esse seruandam. hæc ille. Et in capit. Consuetudines, de Consuetudinibus, habetur

habetur quòd laudabilem consuetudinem ecclesiæ sine consensu superiorum immutare non licet. quòd tamen faciunt obseruantes in communione laica utramque speciem, & male. Et Lyra super illo, prima ad Cor. 11. Cetera cum uenero disponam, dicit, ex hoc patet, quòd ecclesia multa tenet ex ordinatione Apostolorum, quæ tamē expresse non habentur in Sacra scriptura. Idem dicit expresse Damascenus in quarto suarum sententiarum, propter quod cōsuetudo ecclesiæ est obseruanda, & contrarium dogmatizantes, & sua praxi infirmantes, nō sunt audiendi: quales sunt moderni in Bohemia hæretici. Vnde si consuetudinem approbatam & lōgissimis temporibus ab omnibus tam maioribus, quam minoribus totius regni Bohemiæ laudabiliter tentam & obseruatam aliqua priuata persona false propria uolūtate sufficientibus & euidentissimis motiuis publice doceret esse, & semper fuisse malam & iniquam, & eam propria auctoritate mutaret, ac in toto regno mutare conaretur, non habito super hoc consilio sapientum illius regni, nec requisitis de super rege & maioribus regni, puta quòd talis homo secundum rectæ rationis iudiciū non esset sequendus, sed potius contemptor regis & uiolator iurium regni ab omnibus reputandus. Quāto magis, qui consuetudinem laudabilē sub uniuersali ecclesia circa hoc saluberrimū sacramentum longissimis temporibus sine contradictione

dictione aliqua sapientum tentam propria uoluntate uiolat, & populum uiolare suadet incõsultam de ecclesia uiris peritissimis & maxime superioribus suis ad quorum hoc pertinet auctoritatem, non est sequendus uel audiendus. Sed potius standum est consuetudini approbatæ, quæ nõ arenoso, sed fixo innititur fundamento. ex quibus omnibus elicitur sextum præmissorũ, uidelicet quòd necessitas communicationis laicæ sub duplici specie est contra consuetudinem ecclesiæ approbatam, & quòd ministrantes laicis sub duplici specie, faciunt contra consuetudinem ecclesiæ, & tantum de sexto.

Denique septimum.s.quòd necessitas cõmunicationis laicalis sub duplici specie sit cõtra sanctorum Canonum sanctionem, patet primo per Concilium Romanum, cui bea. Leo Papa præsidet, & habetur de consec.d.2. In quibus. In quo dicitur, Idem est corpus de quo dictum est, Caro mea uere est esca, & sanguis meus uere est potus: illud edimus, ut uitæ æternæ possimus esse participes, & non dicitur bibimus.q.diceret, Sumptio sacramenti sub una specie extra sacrificium sufficit pro salute adipiscenda. Item in cap. tribus gradibus, de cõse:d.2. dicit Clemẽs Papa. Tribus gradibus commissa sacramenta diuinorũ sacramentorum præsbytero, diacono, & ministro, qui cum tremore & timore Clericorum,

reliquias corpis Domini custodire debent sacramentorum. Et subdit ibidem. Tanta in altari circa holocausta offeruntur, quanta populo sufficere debeant, quòd si remanserint in crastino, non reseruentur, sed cum tremore & timore clericorum & diligentia consumantur: qui autem residua corporis Domini, qui in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad accipiendos cõmunes cibos conueniant. hæc ibi. In quo Canone manifeste habetur, quòd sacerdotes reliquias corporis Christi pro laicis consecratas custodire debent, & postea sumere. Vbi iterum nulla mentio fit de custodia, & sumptione specierum vini per laicos uel sacerdotes non officiantes relictorum. Item in cap. peruenit de consec. d. 2. Ex Cõcilio Remensi habetur, quòd quidam præsbyteri sacrum corpus Christi tradiderunt laycis personis, ad deferendum infirmis, quòd ibi Cõcilium reprehendit, & statuit, quòd talis temeraria præsumptio amplius fieri non debet, sed præsbyter per semetipsum infirmum debet communicare, Vbi dicit Archidiaconus, quòd sacerdos per semetipsum debet corpus Christi deferre, & referre. Et idem dicit Honorius Papa in cap. Sane, de celebratione missarum. & addit Archidiaconus, quòd p̄sbyter debet esse munitus hostiis, ne vacuus reuertatur, & ne homines adorando decipiantur. Et si propter multitudinem infirmorũ totum expendit, in reuertendo cessare faciat sonitum

nitum campanarum, uel aliud ſignum det, per quod certificentur fideles, ſacramentum ibi non adeſſe. Ex quibus luculēter patet, quòd infirmi laici per ſolam ſpeciem panis ſufficienter communicantur. Item in cap. præsbyter, de conſec. d. 2. dicitur, Quòd præsbyter euchariſtiam, alias hoſtiam ſemper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum cōmunicet, ne ſine communione moriatur. Vbi iterū nulla fit mentio de bibitione. & dicit Gl. ibidem. Sanguinem: non pcepimus ſeruare, qa opus eſſet ſine nimia cautela. Archidiaconus dicit. Attemptare non eſt opus, quia ubi eſt corpus, ibi eſt & ſanguis. Et in Gloſa ſuper Canonem, Comperimus, ſuper uerbo aut integra dicitur, hoc de conficiente. Nam infirmus ſacerdos, uel ſanus in neceſſitate ſine uino corpus Chriſti ſumere poteſt. Et ſi infirmus ſacerdos, à fortiori etiam laicus. Item ex Concilio Sardinienſi de electione & electi poteſtate in capitulo, Oſius dicitur. Oſius Epiſcopus dixit, Siquis ita extiterit temerarius, ut talem excuſationē afferēs aſſeueret, quòd literas populi accipit, cum manifeſtum ſit potuiſſe plures eorum, qui ſincerā fidem non habent, præmio, & mercede corrumpi, ut clamarent in eccleſia, & ipſum petere uiderentur, omnino fraudes has dānandas eſſe arbitror. Ita nec laicam communionem, niſi pœniteat, in fine, recipiat. hæc ibidem. Vbi per laicam

communionem sumptio Eucharistiæ sub una specie intelligitur. Et si diceretur, quòd per laicam communionem intelligi deberet conuersatio cum laicis in futurum non habenda, illa Gl. omnino impertinens est, ad propositum & contra textum dicẽtem in fine, idest in extremis recipiat semper laicã cõmunionem. Pro tũc enim superflua & inutilis esset sibi conuersatio humana laicalis. Etiam communiter doctores in hoc cap. per laicam communionem, intelligunt Eucharistiæ sub specie panis perceptionem. Et in ca. si episcopus. l. d. ex Concilio Agath. habetur, Quòd si episcopus præsbyter aut diaconus capitale crimẽ commiserit, aut cartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, & ab officii honore depositus in monasteriũ detrudatur, & ibi q̃ diu uixerit laicam tantummodo communionem recipiat. hæc ibi. Vbi notanter dicitur, laicam communionem. Et sic patet ex uerbis Conciliorum, quòd per amplius tales sacerdotes non debent uti sacerdotali communione sub utraque specie, sed tantum laicali, puta sub una specie. Et consimile habetur. 55. d. Si euangelica. Vbi archidiaconus super uerbo, tantum laica communione sibi concessa, dicit, vt non offerat ut sacerdos, sed ab alio suscipiat ut laicus, scilicet sub una specie tantum. Quod autem per cõmunionem laicam intelligi debet communio simplex sub una specie, dicũt Doctores super ca. Osius, de electione

& electi

& electi poteſtate. Vnde Abbas exponit laicam communionem, ideſt corpus Chriſti: Innocen. ideſt uiaticũ. Et Hoſtien. exponit laicã communionem, ideſt panẽ benedictum, uel corpus Chriſti. Et idem dicit Ioannes Andreæ in Nouella, Ecce Doctores primam ſpeciem intelligunt per laicam communionem, in auctoribus iam præallegatis. Ex quibus patet quòd neceſsitas communionis laicalis ſub duplici ſpecie eſt contra ſanctorum Canonum ſanctionem. & tantum de ſeptimo principali.

DEmum, octauum, ſcilicet quòd neceſsitas communionis laicalis ſub duplici ſpecie ſit cõtra Doctorum Catholicorum intentionem, patet, quia multipliciter & uarie Doctores catholici determinant, quòd licitum ſit laicis tantum ſub una ſpecie ſacramentum euchariſtiæ percipere. Vnde Alexander de Halis, in quarta parte ſuæ ſummæ de materia Sacramenti euchariſtiæ, quærit utrum liceat corpus Chriſti ſumere ſub ſpecie panis tantum, ſine ſumptione ſub ſpecie uini. & reſpõdendo ad illud dubium dicit, quòd quia Chriſtus integre ſumitur ſub utraque ſpecie, bene licet ſumere Chriſtum ſub ſpecie panis tantum. Sic uere fit ubique à laicis in eccleſia. Quod autem dicit Canon, Comperimus, &c. intelligitur de conficiente. Eccleſia autem illud ſacramentum diſpenſare cõſueuit ſub ſpecie panis

à sacerdote sumatur. hæc ille. Et in scripto suo super Ioannem, dicit, Quòd secundum antiquã consuetudinem ecclesiæ, omnes sicut communi cabant corpori: ita etiam sanguini, quòd &c. adhuc in quibusdam ecclesiis seruatur. Vbi ministri altaris continue & corpore & sanguine communicantur. Sed propter periculum effusionis in quibusdam ecclesiis, solus sacerdos communi cat corpori & sanguini: reliqui uero corpori. nec tamen hoc est contra sententiam Domini, quia qui communicat corpori communicat etiã sanguini, cum sub utraque specie totus Christus contineatur, etiam quãtum ad corpus & sanguinem. Et in scripto suo super 4.d.12. sic arguit, Communicatio corporis & sanguinis æqualiter dantur omnibus membris Christi. Sed quia aliis datur corpus sine sãguine: Igitur sacerdos pariter assumptione sanguinis abstinere põt. Soluit sanctus Thomas, quòd perfectio huius sacramẽti sub utroque consistit. Et ideo sacerdos celebrãs, qui alterum tãtum sumeret, imperfecte sacramentum perageret. Vnde reus sacrilegii esset secundum Canonem. de cons.d.2. Comperimus. Secus est autem de aliis, qui non perficiũt sacramentum. Istis enim subtrahitur sanguis ꝓpter periculum. Vnde sacerdos in parasceues, quando non consecrat corpus Christi, sine sanguine sumit. hæc sunt uerba beati Thomæ in propria forma. Item in Glos. continua, super illo

Lucæ

Lucæ.24. Cognouerunt eum in fractione panis, allegat Theophylum, qui uidetur innuere Christum solum sub specie panis duobus Discipulis corpus suum tradidisse. Vnde dicit sic Theophylus. Sed & aliud innuit, quòd.s.sumẽtibus sacrũ panem aperiuntur oculi eorũ, ut eum agnoscãt: magnam enim habet & ineffabilẽ Domini caro uirtutem. hæc ille. Cui dicto consonat Innocẽ. in sua summa de officio missæ lib.6.ca.9.dicens, Romanus pontifex ad altare frangit: sed ad sedem communicat hostiam, quia in Emaus corã duobus discipulis fregit,& in Hierusalem coram Apostolis manducauit in Emaus legitur fregisse, sed in Hierusalem comedisse. hæc ille. Si ergo Christus sub una specie ministrauit hoc sacramẽtum: quare etiam sine peccato alii sic non ministrarẽt? Item in alio loco dicit sanctus Thomas, quòd laicis debet dari simplex uinum non consecratum,aut aqua pro ablutione,non tamen propter ministerium aliquod sed ut lauẽtur ora sumentium, ne remaneant aliquæ reliquiæ eucharistiæ infra dentes uel gingiuas, & etiam ut non seruetur eucharistia in ore propter maleficium exercendum: ut expertum fuit tempore sancti Ambrosii, quando in trunco apum hostia consecrata,per unam mulierẽ fuit seruata, & abscõsa, ut apes augerentur. quod tunc accidit. Vbi signum habetur hodie in Mediolano vbi monstratur cera quam apes corpori Christi tunc fecerunt.

fecerunt. Et ulterius dicit, quòd sacerdoti semel sufficit in die communicare. Aliis autem probatis & perfectis sufficit de octaua in octauam: communi autem populo, qui non se cum magna deuotione occupat, semel in anno. Et consequenter dicit sacerdos porrigens aliis Eucharistiam sub una specie, potest illa, uel similia uerba proferre. Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in uitam æternam, idest non solum corpus Domini nostri Iesu Christi, &c. Et dans uinum simplex pro ablutione, debet uel potest dicere. In nomine Domini nostri Iesu Christi, &c. Amen. hæc ille. Et Bonauentura distinctione. 11. 4. dicit, Similiter duo sunt circa hoc sacramentum consideranda. Primum est eius efficacia. Secundum est eius significatio. Et sic aliquid potest esse de integritate, aut perfectione huius sacramenti dupliciter. Primo quo ad efficaciam, scilicet illud qd' ex parte sacramēti requiritur ad totalem efficaciā eius, & sic neutra species est de integritate sacramenti. Sed quælibet quantum est ex opere operato sufficit sine alia ad causandum totalem sacramenti effectum. Et hoc ideo, quia efficacia sacramenti non est ratione signi, sed ratione cōtenti sub sacramento. Idem autem continetur sub utraque specie, & secūdum eundem modum existendi, nec plus sumit, qui sumit utranq; speciem, quam qui sumit alteram tantum, ut docet

Magister

Magiſter diſtinct. 11.4. Vnde ſicut ſub ſpeciebus panis eſt totus Chriſtus cum corpore anima ſanguine & deitate: Ita ſub ſpeciebus vini eſt totus Chriſtus cum omnibus eiſdem: & ſecundum eundem modum exiſtendi. Quia ſicut ſub ſpeciebus panis, deitas eſt unita humanitati: ſic ſub ſpeciebus uini. Et ſicut hic anima informat corpus, ita ibi. & ſicut hic ſanguis eſt incluſus intra uenas corporis: ita ibi ſub ſpeciebus uini. & ita in modo exiſtendi nulla eſt diuerſitas hic & ibi, quamuis in conuerſione ſit diuerſitas: quia conuertitur in corpus tantummodo. Et cetera ſunt ibi concomitanter, & unũ cõuertitur in ſanguinem tantum: & cetera ſunt ibi etiam concomitanter: Alio modo aliquid eſt de integritate ſacramenti quantum ad eius ſignificationem.ſ.illud qđ requiritur ad totalem & ad completam illius ſacramẽti ſignificationẽ, hoc modo ambæ ſpẽs ſunt. Et quælibet illarũ eſt de integritate & pfectione ſacramenti, eo quòd per ambas & per nullã earũ ſeorsũ ſufficiẽter & cõplete exprimitur huius ſacramenti ſignificatio. quod ſic patet. hoc ſacramẽtũ ſignificat Chriſtũ, ut nutrimentũ pfecte reficiẽs ſe dignę mãducãtes ſacramentaliter.Sed cũ pfecta refectio corpalis ut cõiter, ſeu ſine miraculo non fiat in pane ſolo, ſed in utro, non poteſt una ſpẽs ſola ſignificare Chriſtum vt pfecte reficientem, ſed una.ſ.cũ p modũ cibi reficientis ratione corporis ſui,& alia per modum

potus

potus ratione sanguinis, ambo uero simul hoc complere significant. quare ambæ requiruntur ad integritatem significationis huius sacraméti. Et dico notanter ut communiter seu sine miraculo, quia in satiationibus Christi quibus plura milia quinque panibus & duobus piscibus satiauit, populus plene ac perfecte fuit refectus sine potu. Tunc ad argumentum primum respóden do dicit. Et si totum in utraq; specie contineatur, nõ tamen per alterum perfecte significatur. Et ideo fideles perfectum sacramentũ recipiunt, quia ad efficaciam recipiunt. Sed quantum ad significationem, sufficit quòd ecclesia faciat in eorum præsentia. Subdit nec oportet quòd ipsi recipiant sub speciebus uini propter periculum effusionis & erroris. Item Petrus de Tarentasia dist 11. 4. dicit, Cum enim in hoc sacramento sit ratio signi, scilicet significatio pertinens ad sapientiã. Et ideo causæ seu causalitas pertinẽs ad gratiam. Et quia gratia est omnibus necessaria: Ideo omnibus traditur sub una specie perfecte causatiua gratiæ sub qua cum maiori cautela & reuerentia põtest tradi. Sed sapientia non est omnibus sic necessaria. Ideo à solis maioribus, idest psbyteris uel ministris altaris sumitur sub utraque specie: quia maiorem cautelam & reuerentiam seruare sciunt. hæc ille. Item Richardus de Mediauilla dist. 11. 4. dicit communiter non debet hoc sacramentum dari populo sub utraq;

specie,

ſpecie, propter periculum effuſionis ſanguinis, & etiam propter periculũ erroris, ne ſcilicet populus communis crederet Chriſtum non totum eſſe ſub utraque ſpecie, maioribus tamen in quibus neutrum prædictorum periculorum probabiliter timetur ſub utraque ſpecie dari poteſt, nõ tamen minorem efficaciam recipiunt illi, quibus datur ſub altera ſpecie tantum, quam illi quibus datur ſub utraque ſpecie, eo quòd ſub utraq; totus eſt Chriſtus. Sumptio tamen ſub utraq; ſpecie facit ad expreſſionẽ miſterii ſignificationum. Item Lyra tractans illud Ioannis.6. Niſi manducaueritis, &c. dicit, Non eſt intelligendum, quòd hoc ſacramentum ſub utraq; ſpecie fidelibus ſit exhibendum. ſed tantum hoc modo à ſacerdote eſt ſumẽdum: licet enim in primitiua eccleſia populus ſub utraq; ſpecie communicaret: tamẽ poſtea proinde ordinatum eſt, ut nõ communicet ſub ſpecie uini propter periculum effuſionis. Et quia ſub ſpecie panis accipitur quodãmodo ſanguis, inquantum ibi continetur, quia ſub utraque ſpecie eſt totus Chriſtus: tamen aliter & aliter, qa ſub ſpecie panis eſt uera caro Chriſti uirtute ſacramenti: cetera uero ſunt ibi ex concomitantia, & eodem modo ſub ſpecie uini eſt ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti, & cetera uero cõcomitatiue. Et ibidem dicit, ſacramentũ euchariſtiæ nõ ſolum ꝓficit ſacerdoti ſumenti: ſed etiã toti eccleſiæ, & etiã illis qui ſunt in purgatorio, cuius

ratio

ratio eſt, quia Euchariſtia non tantum eſt ſacramentum, ſed &c. & ſacrificiũ eccleſiæ, inquantũ continet Chriſtum paſſum, & ideo ꝓficit omnibus fidelibus. Si aũt ſumatur alio modo, ut à laico, tunc ꝓficit ſoli ipſi ſumenti, q̃a officium eius non eſt offerre ſacrificium: ſed tãtum ſuſcipere ſacramentum. Item ſup Apoſtoli. 1. ad Cor. 11. Probet autẽ ſeipſum hõ, dicit idẽ, hic fit mentio de duplici ſpecie. Nam in primitiua eccleſia ſic dabatur fidelibus. Sed ꝓpter periculum effuſionis ſanguinis, modò tantum datur ſub ſpecie panis. Sacerdos tamen celebrans, accipit ſub utraque ſpecie, non tantum pro ſe, ſed etiã pro aliis. hæc ille. Item Scotus in 4. d. 8. in illa. q. Vtrũ hoc ſacramentũ à nõ ieiunis poſſit recipi, dicit quòd ſacerdos poſt conſecrationẽ habet rigidisſimum mandatum eccleſiæ ad hoc, ut percipiat utrunq;: laicus autẽ non habet aliquod mandatum & ſtatutum, ad hoc quod utrunque percipiat. & ergo non eſt neceſſitatis. hæc ille. Item Thomas de Argentina ſuper 4. d. 8. dicit, Sicut ſacerdos in die paraſceues celebrando non debet uti uino conſecrato ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ſola hoſtia reſeruata in præcedenti die, nec obligatur ad cõſecrandum, nec ſumẽdum ſanguinem ſub ſpecie uini tali die: ſic nec laica perſona poſt communionem corporis Chriſti tenetur ad ſumptionẽ ſanguinis. Sed poteſt ſumere uinum non conſecratum. hæc ille. Et idem in alia, quaſi dicat, licet

in passione Domini sanguis fuit separatus à corpore usq; ad horam qua surrexit à mortuis. Et si in medio tempore fuisset consecratum corpus Christi, fuisset corpus sine sanguine: & si calix fuisset consecratus, fuisset sanguis sine corpore. Sed post resurrectionem sanguis est vnitus corpori & in sempiternum sic manebit, & propter hanc unionem realem sanguinis & corporis Christi sub utraque specie panis & uini recipiēs, habet totum corpus Christi & totum sanguinē. Idem cōmuni populo secundum cōsuetudinem Romanæ Ecclesiæ ueritas corporis & sanguinis datur sub specie panis tantum. Et propter periculum distillationis sanguinis, quod posset accidere si sub specie uini rudi & impetuoso populo traderetur sacramentum sanguinis. Et consequēter arguit pro utraq; specie, sic. Sanguis per modum potus solū datur sub specie uini, ergo cuilibet Christiano debet sanguis dari sub specie vini ne priuetur uita spirituali. respōdetur. cui datur corpus Christi, illi datur spiritualis refectio per modum cibi & potus, quātum ad rem significatam, licet non quo ad speciem significatam. Et consequenter arguit, omnis ordinata refectio de communi lege & sine miraculo datur per modum cibi & potus. Sed istius sacramenti communio est quædam ordinata refectio, ergo debet dari per modum cibi & potus. Respondet. quod qui digne recipit corpus Christi sub specie

panis

habetur quòd laudabilem consuetudinem ecclesiæ sine consensu superiorum immutare non licet. quòd tamen faciunt obseruantes in communione laica utramque speciem,& male. Et Lyra super illo,prima ad Cor.11. Cetera cum uenero disponam,dicit,ex hoc patet,quòd ecclesia multa tenet ex ordinatione Apostolorum,quæ tamē expresse non habentur in Sacra scriptura. Idem dicit expresse Damascenus in quarto suarum sententiarum, propter quod cōsuetudo ecclesiæ est obseruanda,& contrarium dogmatizantes,& sua praxi infirmantes,nō sunt audiendi: quales sunt moderni in Bohemia hæretici. Vnde si consuetudinem approbatam & lōgissimis temporibus ab omnibus tam maioribus,quam minoribus totius regni Bohemiæ laudabiliter tentam & obseruatam aliqua priuata persona false propria uolūtate sufficientibus & euidentissimis motiuis publice doceret esse, & semper fuisse malam & iniquam, & eam propria auctoritate mutaret, ac in toto regno mutare conaretur, non habito super hoc consilio sapientum illius regni, nec requisitis de super rege & maioribus regni, puta quòd talis homo secundum rectæ rationis iudiciū non esset sequendus, sed potius contemptor regis & uiolator iurium regni ab omnibus reputandus. Quāto magis, qui consuetudinem laudabilē sub uniuersali ecclesia circa hoc saluberrimū sacramentum longissimis temporibus sine contra-

dictione

dictione aliqua sapientum tentam propria uoluntate uiolat, & populum uiolare suadet incõsultam de ecclesia uiris peritissimis & maxime superioribus suis ad quorum hoc pertinet auctoritatem, non est sequendus uel audiendus. Sed potius standum est consuetudini approbatæ, quæ nõ arenoso, sed fixo innititur fundamento. ex quibus omnibus elicitur sextum præmissorũ, uidelicet quòd necessitas communicationis laicæ sub duplici specie est contra consuetudinem ecclesiæ approbatam, & quòd ministrantes laicis sub duplici specie, faciunt contra consuetudinem ecclesiæ,& tantum de sexto.

DEnique septimum.s.quòd necessitas cõmunicationis laicalis sub duplici specie sit cõtra sanctorum Canonum sanctionem, patet primo per Concilium Romanum,cui bea. Leo Papa præsidet,& habetur de consec.d.2.In quibus. In quo dicitur, Idem est corpus de quo dictum est, Caro mea uere est esca,& sanguis meus uere est potus: illud edimus,ut uitæ æternæ possimus esse participes,& non dicitur bibimus.q.diceret, Sumptio sacramenti sub una specie extra sacrificium sufficit pro salute adipiscenda.Item in cap. tribus gradibus,de cõse.d.2. dicit Clemẽs Papa. Tribus gradibus commissa sacramenta diuinorũ sacramentorum præsbytero, diacono, & ministro, qui cum tremore & timore Clericorum,

G reliquias

reliquias corpis Domini custodire debent sacramentorum. Et subdit ibidem. Tantá in altari circa holocausta offeruntur, quanta populo sufficere debeant, quòd si remanserint in crastino, non reseruentur, sed cum tremore & timore clericorum & diligentia consumantur: qui autem residua corporis Domini, qui in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad accipiendos cõmunes cibos conueniant. hæc ibi. In quo Canone manifeste habetur, quòd sacerdotes reliquias corporis Christi pro laicis consecratas custodire debent, & postea sumere. Vbi iterum nulla mentio fit de custodia, & sumptione specierum vini per laicos uel sacerdotes non officiantes relictorum. Item in cap. peruenit de consec. d. 2. Ex Cõcilio Remensi habetur, quòd quidam præsbyteri sacrum corpus Christi tradiderunt laycis personis, ad deferendum infirmis, quòd ibi Cõcilium reprehendit, & statuit, quòd talis temeraria præsumptio amplius fieri non debet, sed præsbyter per semetipsum infirmum debet communicare, Vbi dicit Archidiaconus, quòd sacerdos per semetipsum debet corpus Christi deferre, & referre. Et idem dicit Honorius Papa in cap. Sane, de celebratione missarum. & addit Archidiaconus, quòd p̃sbyter debet esse munitus hostiis, ne vacuus reuertatur, & ne homines adorando decipiantur. Et si propter multitudinem infirmorũ totum expendit, in reuertendo cessare faciat sonitum

nitum campanarum, uel aliud signum det, per quod certificentur fideles, sacramentum ibi non adesse. Ex quibus luculēter patet, quòd infirmi laici per solam speciem panis sufficienter communicantur. Item in cap. præsbyter, de consec. d. 2. dicitur, Quòd præsbyter eucharistiam, alias hostiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum cōmunicet, ne sine communione moriatur. Vbi iterū nulla fit mentio de bibitione. & dicit Gl. ibidem. Sanguinem: non pcepimus seruare, qa opus esset sine nimia cautela. Archidiaconus dicit. Attemptare non est opus, quia ubi est corpus, ibi est & sanguis. Et in Glosa super Canonem, Comperimus, super uerbo aut integra dicitur, hoc de conficiente. Nam infirmus sacerdos, uel sanus in necessitate sine uino corpus Christi sumere potest. Et si infirmus sacerdos, à fortiori etiam laicus. Item ex Concilio Sardiniensi de electione & electi potestate in capitulo, Osius dicitur. Osius Episcopus dixit, Siquis ita extiterit temerarius, ut talem excusationē afferēs asseueret, quòd literas populi accipit, cum manifestum sit potuisse plures eorum, qui sincerā fidem non habent, præmio, & mercede corrumpi, ut clamarent in ecclesia, & ipsum petere uiderentur, omnino fraudes has dānandas esse arbitror. Ita nec laicam communionem, nisi pœniteat, in fine, recipiat. hæc ibidem. Vbi per laicam

communionem ſumptio Euchariſtiæ ſub una ſpecie intelligitur. Et ſi diceretur, quòd per laicam communionem intelligi deberet conuerſatio cum laicis in futurum non habenda, illa Gl. omnino impertinens eſt,ad propoſitum & contra textum dicẽtem in fine, ideſt in extremis recipiat ſemper laicã cõmunionem. Pro tũc enim ſuperflua & inutilis eſſet ſibi conuerſatio humana laicalis. Etiam communiter doctores in hoc cap.per laicam communionem, intelligunt Euchariſtiæ ſub ſpecie panis perceptionem. Et in ca. ſi epiſcopus.l.d. ex Concilio Agath. habetur, Quòd ſi epiſcopus præsbyter aut diaconus capitale crimẽ commiſerit,aut cartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, & ab officii honore depoſitus in monaſteriũ detrudatur, & ibi q̃ diu uixerit laicam tantummodo communionem recipiat. hæc ibi. Vbi notanter dicitur,laicam communionem. Et ſic patet ex uerbis Conciliorum, quôd per amplius tales ſacerdotes non debent uti ſacerdotali communione ſub utraque ſpecie, ſed tantum laicali,puta ſub una ſpecie. Et conſimile habetur.5 5.d. Si euangelica. Vbi archidiaconus ſuper uerbo, tantum laica communione ſibi conceſſa,dicit,vt non offerat ut ſacerdos,ſed ab alio ſuſcipiat ut laicus, ſcilicet ſub una ſpecie tantum. Quod autem per cõmunionem laicam intelligi debet communio ſimplex ſub una ſpecie,dicũt Doctores ſuper ca. Oñus,de electione

& electi

& electi poteſtate. Vnde Abbas exponit laicam communionem, ideſt corpus Chriſti: Innocen. ideſt uiaticū. Et Hoſtien. exponit laicā communionem, ideſt panē benedictum, uel corpus Chriſti. Et idem dicit Ioannes Andreæ in Nouella. Ecce Doctores primam ſpeciem intelligunt per laicam communionem, in auctoribus iam præallegatis. Ex quibus patet quòd neceſsitas communionis laicalis ſub duplici ſpecie eſt contra ſanctorum Canonum ſanctionem. & tantum de ſeptimo principali.

DEnum, octauum, ſcilicet quòd neceſsitas communionis laicalis ſub duplici ſpecie ſit cōtra Doctorum Catholicorum intentionem, patet, quia multipliciter & uarie Doctores catholici determinant, quòd licitum ſit laicis tantum ſub una ſpecie ſacramentum euchariſtiæ percipere. Vnde Alexander de Halis, in quarta parte ſuæ ſummæ de materia Sacramenti euchariſtiæ, quærit utrum liceat corpus Chriſti ſumere ſub ſpecie panis tantum, ſine ſumptione ſub ſpecie uini. & reſpōdendo ad illud dubium dicit, quòd quia Chriſtus integre ſumitur ſub utraque ſpecie, bene licet ſumere Chriſtum ſub ſpecie panis tantum. Sic uere fit ubique à laicis in eccleſia. Quod autem dicit Canon, Comperimus, &c. intelligitur de conficiente. Eccleſia autem illud ſacramentum diſpenſare cōſueuit ſub ſpecie panis

 tantum

tantū ꝑpter periculū effuſionis, qđ forte accide ret, ſi ſub ſpē uini diſpēſaretur. Tum ꝑ uitiū inſi delitatis, quòd ſe nō in merito ſuppliciū in men tibus ingerēt, ſi ſub ſpēbus panis & uini daretur. Poſsēt.n. ſimplices credere, quòd Chriſtus nō cō tinere ur integre ſub altera ſpecie, ſicut cōtingit quandoq;. Vnde aliq̃bus religioſis appetētibus, & inſtantibus, ut ſub utraque ſpecie ſumerent hoc ſacramentum, ſacerdote quodam pio celebrante, cum faceret fractionem, concauū patenæ totum uiſum eſt repleri ſanguine. ad quod obſtupuerunt ipſi & circunſtantes. Sed cū coniungeret ſacerdos partes hoſtiæ, totus ille ſanguis uiſus eſt reintrare, & ſic petitioni & tētationi illorum fuit penitus ſatisfactum. Et in ſcripto ſuo ſuper Ioannem. Vbi exponens illud Ioann. 6. Niſi manducaueritis, &c. dicit, quòd ſolus ſacerdos communicat ſanguini: Reliqui uero ſcilicet nō ſacrificātes, corpori. Item Albertus Magnus in Tractatu de corpore Chriſti dicit, hoc eſt quod dicitur primo Reg. 2. cap. In deſiderio populi hunc cibum deſiderantis, dimitte me obſecro ad unam partem ſacerdotalem, ut comedam buccellam panis: vnica enim & ſingularis pars ſacerdotalis, eſt hoſtia corporis Chriſti, ad quā populus dimittitur, ut buccella corporis Dominici ſatietur. Et conſequenter ſubdit figuram unius ſpeciei in tribus ſcitis Dominus. Et hoc eſt figuratum, Gen. 18. ubi dicitur. Cum Abraham

ſederet

sederet in hostio tabernaculi sui, uidit tres Angelos descendentes per uiam, quibus tria sata farinæ similæ cõmixta parari fecit in subcinericios, & azimos panes. hæc Albertus. per quæ verba innuit laicos solum ad unam speciem esse admittendos, eo quòd de nullo vino mentionem facit. Item beatus Thomas in tertia Summa parte suæ Summæ, quæstione lxxx. articu. 12. in responsione ad illum articulum, sic dicit, Circa vsus huius sacramenti duo possunt considerari. Vnum ex parte sacramenti: aliud ex parte sumentium. Ex parte sacramenti conuenit, quòd vtrunque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium reuerentia summa requiritur & cautela, ne aliquod accidat, quòd vergat in iniuriam cauti misterii, quòd præcipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi. & quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, iuuenes, & paruuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhiberent: Ideo prouide in quibusdam Ecclesiis seruatur, ut sanguis populis sumendus non detur. Sed solum

à sacerdote sumatur. hæc ille. Et in scripto suo super Ioannem, dicit, Quòd secundum antiquã consuetudinem ecclesiæ, omnes sicut communicabant corpori: ita etiam sanguini, quòd &c. adhuc in quibusdam ecclesiis seruatur. Vbi ministri altaris continue & corpore & sanguine communicantur. Sed propter periculum effusionis in quibusdam ecclesiis, solus sacerdos communicat corpori & sanguini: reliqui uero corpori. nec tamen hoc est contra sententiam Domini, quia qui communicat corpori communicat etiã sanguini, cum sub utraque specie totus Christus contineatur, etiam quãtum ad corpus & sanguinem. Et in scripto suo super 4.d.12. sic arguit, Communicatio corporis & sanguinis æqualiter dantur omnibus membris Christi. Sed quia aliis datur corpus sine sãguine: Igitur sacerdos pariter assumptione sanguinis abstinere põt. Soluit sanctus Thomas, quòd perfectio huius sacramẽti sub utroque consistit. Et ideo sacerdos celebrãs, qui alterum tãtum sumeret, imperfecte sacramentum perageret. Vnde reus sacrilegii esset secundum Canonem. de conse. d. 2. Comperimus. Secus est autem de aliis, qui non perficiũt sacramentum. Istis enim subtrahitur sanguis ꝓpter periculum. Vnde sacerdos in parasceues, quando non consecrat corpus Christi, sine sanguine sumit. hæc sunt uerba beati Thomæ in propria forma. Item in Glos. continua, super illo

Lucæ

Lucæ.24. Cognouerunt eum in fractione panis, allegat Theophylum, qui uidetur innuere Christum solum sub specie panis duobus Discipulis corpus suum tradidisse. Vnde dicit sic Theophylus. Sed & aliud innuit, quòd.s.sumẽtibus sacrũ panem aperiuntur oculi eorũ, ut eum agnoscãt: magnam enim habet & ineffabilẽ Domini caro uirtutem. hæc ille. Cui dicto consonat Innocẽ. in sua summa de officio missæ lib.6.ca.9.dicens, Romanus pontifex ad altare frangit: sed ad sedem communicat hostiam, quia in Emaus corã duobus discipulis fregit,& in Hierusalem coram Apostolis manducauit in Emaus legitur fregisse, sed in Hierusalem comedisse. hæc ille. Si ergo Christus sub una specie ministrauit hoc sacramẽtum: quare etiam sine peccato alii sic non ministrarẽt? Item in alio loco dicit sanctus Thomas, quòd laicis debet dari simplex uinum non consecratum, aut aqua pro ablutione, non tamen propter ministerium aliquod sed ut lauẽtur ora sumentium, ne remaneant aliquæ reliquiæ eucharistiæ infra dentes uel gingiuas, & etiam ut non seruetur eucharistia in ore propter maleficium exercendum: ut expertum fuit tempore sancti Ambrosii, quando in trunco apum hostia consecrata, per unam mulierẽ fuit seruata, & abscõsa, ut apes augerentur. quod tunc accidit. Vbi signum habetur hodie in Mediolano vbi monstratur cera quam apes corpori Christi tunc fecerunt.

fecerunt. Et ulterius dicit, quòd sacerdoti semel sufficit in die communicare. Aliis autem probatis & perfectis sufficit de octaua in octauam: communi autem populo, qui non se cum magna deuotione occupat, semel in anno. Et consequenter dicit sacerdos porrigens aliis Eucharistiam sub una specie, potest illa, uel similia uerba proferre. Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in uitam æternam, id est non solum corpus Domini nostri Iesu Christi, &c. Et dans uinum simplex pro ablutione, debet uel potest dicere. In nomine Domini nostri Iesu Christi, &c. Amen. hæc ille. Et Bonauentura distinctione. 11. 4. dicit, Similiter duo sunt circa hoc sacramentum consideranda. Primum est eius efficacia. Secundum est eius significatio. Et sic aliquid potest esse de integritate, aut perfectione huius sacramenti dupliciter. Primo quo ad efficaciam, scilicet illud qd' ex parte sacramēti requiritur ad totalem efficaciā eius, & sic neutra species est de integritate sacramenti. Sed quælibet quantum est ex opere operato sufficit sine alia ad causandum totalem sacramenti effectum. Et hoc ideo, quia efficacia sacramenti non est ratione signi, sed ratione cōtenti sub sacramento. Idem autem continetur sub utraque specie, & secūdum eundem modum existendi, nec plus sumit, qui sumit utranq; speciem, quam qui sumit alteram tantum, ut docet

Magister

Magiſter diſtinct. 11.4. Vnde ſicut ſub ſpeciebus panis eſt totus Chriſtus cum corpore anima ſanguine & deitate: Ita ſub ſpeciebus vini eſt totus Chriſtus cum omnibus eiſdem: & ſecundum eundem modum exiſtendi. Quia ſicut ſub ſpeciebus panis, deitas eſt unita humanitati: ſic ſub ſpeciebus uini. Et ſicut hic anima informat corpus, ita ibi. & ſicut hic ſanguis eſt incluſus intra uenas corporis: ita ibi ſub ſpeciebus uini. & ita in modo exiſtendi nulla eſt diuerſitas hic & ibi, quamuis in conuerſione ſit diuerſitas: quia conuertitur in corpus tantummodo. Et cetera ſunt ibi concomitanter, & unũ cõuertitur in ſanguinem tantum: & cetera ſunt ibi etiam concomitanter: Alio modo aliquid eſt de integritate ſacramenti quantum ad eius ſignificationem.ſ.illud qđ requiritur ad totalem & ad completam illius ſacramẽti ſignificationẽ, hoc modo ambæ ſpẽs ſunt. Et quælibet illarũ eſt de integritate & pfectione ſacramenti, eo quòd per ambas & per nullã earũ ſeorsũ ſufficiẽter & cõplete exprimitur huius ſacramenti ſignificatio. quod ſic patet. hoc ſacramẽtũ ſignificat Chriſtũ, ut nutrimentũ pfecte reficiẽs ſe dignę mãducãtes ſacramentaliter. Sed cũ pfecta refectio corpalis ut cõiter, ſeu ſine miraculo non fiat in pane ſolo, ſed in utro, non poteſt una ſpẽs ſola ſignificare Chriſtum vt pfecte reficientem, ſed una.ſ cũ p modũ cibi reficientis ratione corporis ſui, & alia per modum

potus

potus ratione sanguinis, ambo uero simul hoc complere significant. quare ambæ requiruntur ad integritatem significationis huius sacraméti. Et dico notanter ut communiter seu sine miraculo, quia in satiationibus Christi quibus plura milia quinque panibus & duobus piscibus satiauit, populus plene ac perfecte fuit refectus sine potu. Tunc ad argumentum primum respõdendo dicit. Et si totum in utraq; specie contineatur, nõ tamen per alterum perfecte significatur. Et ideo fideles perfectum sacramentũ recipiunt, quia ad efficaciam recipiunt. Sed quantum ad significationem, sufficit quòd ecclesia faciat in eorum præsentia. Subdit nec oportet quòd ipsi recipiant sub speciebus uini propter periculum effusionis & erroris. Item Petrus de Tarentasia dist 11. 4. dicit, Cum enim in hoc sacramento sit ratio signi, scilicet significatio pertinens ad sapientiã. Et ideo causæ seu causalitas pertinẽs ad gratiam. Et quia gratia est omnibus necessaria: Ideo omnibus traditur sub una specie perfecte causatiua gratiæ sub qua cum maiori cautela & reuerentia potest tradi. Sed sapientia non est omnibus sic necessaria. Ideo à solis maioribus, idest pśbyteris uel ministris altaris sumitur sub utraque specie: quia maiorem cautelam & reuerentiam seruare sciunt. hæc ille. Item Richardus de Mediauilla dist. 11. 4. dicit communiter non debet hoc sacramentum dari populo sub utraq;

specie,

ſpecie, propter periculum effuſionis ſanguinis, & etiam propter periculū erroris, ne ſcilicet po pulus communis crederet Chriſtum non totum eſſe ſub utraque ſpecie, maioribus tamen in quibus neutrum prædictorum periculorum probabiliter timetur ſub utraque ſpecie dari poteſt, nō tamen minorem efficaciam recipiunt illi, quibus datur ſub altera ſpecie tantum, quam illi quibus datur ſub utraque ſpecie, eo quòd ſub utraq; totus eſt Chriſtus. Sumptio tamen ſub utraq; ſpecie facit ad expreſſionē miſterii ſignificationum. Item Lyra tractans illud Ioannis.6. Niſi manducaueritis, &c. dicit; Non eſt intelligendum, quòd hoc ſacramentum ſub utraq; ſpecie fidelibus ſit exhibendum. ſed tantum hoc modo à ſacerdote eſt ſumēdum: licet enim in primitiua eccleſia po pulus ſub utraq; ſpecie communicaret: tamē poſtea proinde ordinatum eſt, ut nō communicet ſub ſpecie uini propter periculum effuſionis. Et quia ſub ſpecie panis accipitur quodāmodo ſanguis, inquantum ibi continetur, quia ſub utraque ſpecie eſt totus Chriſtus: tamen aliter & aliter, qa ſub ſpecie panis eſt uera caro Chriſti uirtute ſacramenti: cetera uero ſunt ibi ex concomitantia, & eodem modo ſub ſpecie uini eſt ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti, & cetera uero cōcomitatiue. Et ibidem dicit, ſacramentū euchariſtiæ nō ſolum ꝓficit ſacerdoti ſumenti: ſed etiā toti eccleſiæ, & etiā illis qui ſunt in purgatorio, cuius
ratio

ratio eſt, quia Euchariſtia non tantum eſt ſacramentum, ſed &c. & ſacrificiũ eccleſiæ, inquantũ continet Chriſtum paſſum, & ideo ꝓficit omnibus fidelibus. Si aũt ſumatur alio modo, ut à laico, tunc ꝓficit ſoli ipſi ſumenti, q̃a officium eius non eſt offerre ſacrificium: ſed tãtum ſuſcipere ſacramentum. Item ſup Apoſtoli. 1. ad Cor. 11. Probet autẽ ſeipſum hõ, dicit idẽ, hic fit mentio de duplici ſpecie. Nam in primitiua eccleſia ſic dabatur fidelibus. Sed ꝓpter periculum effuſionis ſanguinis, modo tantum datur ſub ſpecie panis. Sacerdos tamen celebrans, accipit ſub utraque ſpecie, non tantum pro ſe, ſed etiã pro aliis. hæc ille. Item Scotus in 4. d. 8. in illa. q. Vtrũ hoc ſacramentũ à nõ ieiunis poſſit recipi, dicit quòd ſacerdos poſt conſecrationẽ habet rigidiſſimum mandatum eccleſiæ ad hoc, ut percipiat utrunq;: laicus autẽ non habet aliquod mandatum & ſtatutum, ad hoc quod utrunque percipiat. & ergo non eſt neceſſitatis. hæc ille. Item Thomas de Argentina ſuper 4. d. 8. dicit, Sicut ſacerdos in die paraſceues celebrando non debet uti uino conſecrato ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ſola hoſtia reſeruata in præcedenti die, nec obligatur ad cõſecrandum, nec ſumẽdum ſanguinem ſub ſpecie uini tali die: ſic nec laica perſona poſt communionem corporis Chriſti tenetur ad ſumptionẽ ſanguinis. Sed poteſt ſumere uinum non conſecratum. hæc ille. Et idem in alia, quaſi dicat, licet

in

in passione Domini sanguis fuit separatus à corpore usq; ad horam qua surrexit à mortuis. Et si in medio tempore fuisset consecratum corpus Christi, fuisset corpus sine sanguine: & si calix fuisset consecratus, fuisset sanguis sine corpore. Sed post resurrectionem sanguis est vnitus corpori & in sempiternum sic manebit, & propter hanc unionem realem sanguinis & corporis Christi sub utraque specie panis & uini recipiẽs, habet totum corpus Christi & totum sanguinẽ. Idem cõmuni populo secundum cõsuetudinem Romanæ Ecclesiæ ueritas corporis & sanguinis datur sub specie panis tantum. Et propter periculum distillationis sanguinis, quod posset accidere si sub specie uini rudi & impetuoso populo traderetur sacramentum sanguinis. Et consequẽter arguit pro utraq; specie, sic. Sanguis per modum potus solũ datur sub specie uini, ergo cuilibet Christiano debet sanguis dari sub specie vini ne priuetur uita spirituali. respõdetur. cui datur corpus Christi, illi datur spiritualis refectio per modum cibi & potus, quãtum ad rem significatam, licet non quo ad speciem significatam. Et consequenter arguit, omnis ordinata refectio de communi lege & sine miraculo datur per modum cibi & potus. Sed istius sacramenti communio est quædam ordinata refectio, ergo debet dari per modum cibi & potus. Respondet. quod qui digne recipit corpus Christi sub specie

panis uere manducat eius carnem & bibit eius sanguinem, quamuis hoc non fiat ita sub ꝓprio signo expresso, sicut si reciperet illud sub speciebus uini. Nam Christus sub speciebus panis est animæ spiritualis cibus & potus. hæc ille. Item ibidem arguit sic. Si sub speciebus haberetur sanguis Christi, tunc in uanum iterum sacerdos cõsecraret sanguinem calicis benedictione, consequẽtia tenet, quia frustra ordinatur aliquis actus ad habendum, quod de facto habetur realiter. Respondet. Quia ideo distinctim & diuisim debet fieri consecratio sanguinis, ut expresse significetur, quòd in Christi passione sanguis per effusionem fuit separatus à corpore. ergo quãuis sanguis Christi concomitanter sit sub speciebus panis, sub quibus corpus unitũ est, & sanguinis ex vi sacramenti, propter tamen differentiã signi ficationum, idem sanguis ex vi sacramẽti est sub speciebus vini, & corpus cõcomitanter. Et ideò non est frustra, quia ille actus, qui ordinatur ad sanguinem, est alius ex vi verborum sacramenti, quam ille, qui est ex vi verborum sacramenti panis. hæc ille. Patet insuper per conclusiones doctorum Concilii Constãtien. Quæ sunt septem. Prima Christus post cœnã instituit & ministrauit sub vtraque specie panis & vini sui sacratissimi corporis & sanguinis sacramentum. Secũda, non obstante huiusmodi institutione & ministratione laudabilis & approbata consuetudo

ecclesiæ

ecclesiæ seruauit, & seruat, quòd huiusmodi sacramentũ non debet confici post cœnam, & recipi à Christi fidelibus, nisi in casu infirmitatis, vel alterius necessitatis mortem comminantis. Tertia conclusio, licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum à Christi fidelibus reciperetur sub vtraq; specie: tamen ad euitandum aliqua pericula, potuit simili, aut maiori ratione introduci, & introductum est, quòd à fidelibus conficientibus sub vtraque specie, & à laicis sub speciebus panis tantum, suscipiatur. Quarta conclusio. Cum huiusmodi consuetudo sit ab ecclesia introducta, & diutissime ex causis rationabilibus obseruata, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine auctoritate ecclesiæ pro libito mutare. Quinta conclusio, dicere quòd hanc consuetudinẽ, aut legem seruare sit sacrilegum, aut illicitum, censeri debet erroneum. Sexta conclusio, pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, censendi sunt hæretici, & tanquam tales arcendi, & puniendi. Has conclusiones doctorum, Concilium approbauit, tanq̃ veras, & licitas, ab omnibus Christi fidelibus sub anathemate obseruandas. Ex quibus clare patet illud quod restat probandum. & tantum de octauo principali.

DEinde nonũ, videlicet quòd necessitas communionis laicalis sub vtraque specie, sit contra christianam vnitatem, sic ostenditur. Docen-

tes illum modum, & sacramentum eucharistiæ sic ministrantes, diuisionẽ, & scisionẽ in populo faciunt christiano. scisma autem & diuisio fidelis populi directe est contra christianam vnitatem: ergo &c. maior patet, quia per hoc, quòd sic docent, & illo modo sacramentum ministrant, faciunt quòd populus ad duplicem inductus, rancorem, & odium gerit contra populum sub vna specie secundum ordinationem ecclesiæ communicantem, dicens vnus alteri, tu male sub vna, tu male sub duabus communicas speciebus, & ego recipio totum sacramentum, tu solum partem. Alii autem, nec sic nec sic cõmunicare volunt omnino turbati dubitantes quid facere debeant, suspensi manent sine communione. Ecce diuisio, & scisma in populo christiano. Et hoc primum malum de quo Apostolus reprehendit Corinthios circa sumptionẽ eucharistiæ vt tenet prima ad Corint. 11. in Glo. super illo nõ laudans, quòd non in melius: vbi dicit Gloss. Postquam egit de velamine capitis, vbi plurimum à veritate deuiabant, incipit de dominica cœna agere. In qua ipsi iidem multum peccabãt: Primum quòd conuenientibus vobis in ecclesiã audio scissuras, & discordias esse inter vos. Dicendo primum, ostendit, quòd primum malum, dissensio, vnde cætera deriuantur. Vbi enim dissensio est, nihil rectum est. Et infra, alius aũt ebrius est, tangit eos multipliciter: quia & pransi sumebant

bant corpus Domini & de prandio ſuo luxurioſo nihil tribuebãt eſurientibus, & hoc faciebãt in ecclesia. Et Glo. Ambr. notat illos qui munera offerebant altaribus, ſibi reſumebant, nec aliis non habentibus cõmunicari ſinebant. offerebant diuites panem & vinum abundanter vt benedictione & conſecratione ſacerdotali ſanctificaretur & dominici corporis & ſanguinis ſacramentũ conficeretur. Poſt celebrationem vero ſacri miſterii & conſecrationem panis & vini ſuas oblationes vendicabant & aliis non communicantes ſoli ſumebant, vt inde etiã inebriarentur aliis eſurientibus, & ita egerunt contra ſignificationem & ordinem ſacramenti. Munus enim oblatum totius populi fit, ideſt vniuerſis communicari debet, qa in vno Patre omnes figurãtur. Per id enim quod omnes vnum ſunt de vno oportet ſumere, hos ergo notat quos in eccleſiam vbi cauſa vnitatis & miſterii cõuenitur ſuas oblationes cauſa diſpẽſationis quã pſeudo ſeminauerũt ſibi vendicabant: tantas enim diſſenſiones inter eos pſeudo ſeminauerunt vt ſuas zelarent oblationes & uendicarent cum una eademq; prece omnium oblationes benedicerentur, & hoc ita faciebant vt cæteri vnde offerrent nõ habentes, pudore confunderẽtur, non ſumentes partẽ, & hoc tam cito agebant vt ſuperuenientes nihil inuenirent quod ederẽt. hæc ibi. Sed minor patet, quia ſciſma ſecundum Iſidorum dicitur à ſciſsione animorum. Sciſma

vero opponitur vnioni, ergo &c. Vnde & scisma est illicita dissensio vel discessio eorũ inter quos vnitus esse debet vel illicitus discessus ab vnitate Ecclesiæ per inobedientiã factus. Sicut isti de vtraque specie inter quos & alios Christi fideles deberet esse vnitas in ministrando sacramentum, fit diuisio & illicitus discessus ab vnitate Ecclesiæ, q̃ sub vna specie ministrat in hoc quòd sub duabus contra morem Ecclesiæ ministrat, & ita contra vnitatem Christianam perperam agunt & scismatici efficiuntur. Et tantũ de nono principali, &c.

POst hæc declaratur decimum illud, videlicet, quòd necessitas cõmunionis laicalis sub vtraque specie sit contra Christi voluntatẽ, quia Christus in vltima cœna solos discipulos sub vna specie communicauit prout communiter sentiũt doctores: sed si illa communicatio fuisset de necessitate salutis, & de ipsius voluntate ipse vtique matrem suam benedictam, & secundum aliquos. 72. discipulos hòspitẽ domus Nicodemum, Ioseph ab Arimathia, Lazarum, Martham & Magdalenã aliosq́; sibi familiares non exclusisset. quod tamen fecit vt diligenter inspicienti textum Euangelii. dicitur enim Matt. 26. Vespere autem facto discumbebat cum 12. dicit. s. discipulis, vbi dicit Remigius cum 12. dicit, quia Iudas adhuc erat in numero, qui iã recesserat merito. Ecce quia Euangelista non dicit absolute cum discipulis, sed 12. insinuans

inſinuans,per hoc videtur,& alios nõ interfuiſſe. eo quòd cum 12. dicitur diſtribuiſſe,& non cum aliis quibuſcunque. Sic & Ioan. 13. lauit 12. Diſcipulorũ pedes in cœna, & non aliis vt communiter æſtimatur. Et Matt. 12.dicitur, Veſpere aũt facto venit cum 12. & diſcumbentibus eis.ſ. 12. Diſcipul.& manducantibus,dixit, Amen dico vobis,quia vnus ex vobis me tradet,qui mecũ manducat.Et Luc. 22 dicitur. Et cum facta eſſet hora diſcubuit,& cum eo Apoſtoli eius 12.Item Chriſtus docuit nos in oratione Dominica petere eucharistiam ſub ſpeciebus panis ſolum dicens,Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie,vt dictum eſt prius: Si autem communicatio ſub duplici ſpecie quo ad oẽs indifferenter fuiſſet iuris indiſpenſabilis & de voluntate ipſe docuiſſet nos ſub duplici ſpẽ euchariſtiã petere, qđ tamen non fecit per hoc deſignans, quòd euchariſtia licite ſub vna ſpecie extra ſacrificium recipiatur. Et confirmatur ſi euchariſtia licite petitur à Deo Patre ſub vna ſpecie,vt 6. Et Lucæ 11. Ergo licite ſumitur ſub vna ſpecie, & per conſequens voluntatis ſuæ,ut ſic ſumatur & neceſsitas ſumptionis ſub duplici ſpecie contra ipſius volũtatem.Item ſi neceſsitas illius communionis fuiſſet de uolũtate Chriſti, ipſe non dixiſſet Ioan.6. Siquis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternũ, & ibidem:Qui manducat hũc uiuet in æternum, quia aliàs ſibi ipſi contra dixiſſet quod abſurdum

eſt,non ſolum dicere,ſed imo etiam cogitare. Et arguitur ratione,Si neceſsitas communionis laicalis ſub duplici ſpecie eſſet de voluntate Chriſti, maxime propter illa verba Chriſti, Ioann.6. Niſi mãducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem nõ habebitis vitam in uobis: Vbi per aduerſarios, qui non manducat ſub utraque ſpecie non habet uitam in ſe? Et quia in eodem Euangelio,& cap.Chriſtus dicit: Qui manducat hunc panem non morietur. Et iterum qui manducat hunc panem uiuet in æternum: ergo manducans hunc panem, ideſt ſacramentum ſub una ſpecie,quia de altera non facit mentionem,habet uitam in ſe,& tamen idem non habet uitam in ſe quia non ſumit ſub ſpecie uini, ut dicunt aduerſarii. Ergo idẽ Xpianus eiuſdẽ habebit uitã in ſe & non habebit uitam in ſe,quod eſt cõtradictio. Item plures ſancti practicauerunt tam quo ad ſe quam quo ad alios ad cõmunionem ſub una ſpecie,hoc autem nullo modo feciſſent ſi ambæ ſpecies de neceſsitate ſalutis,& de præcepto diuino indiſpenſabili,& de uolũtate Chriſti quo ad omnes fuiſſet. ergo maior nota ex ſupradictis, minor patet.quia aliàs non fuiſſent ſancti,per conſequens neceſsitas duplicis ſpeciei eſt contra Chriſti uolũtatem,& tantũ de decimo principali, &c.

Penultimũ vero ſcilicet quòd neceſsitas communionis laicalis ſub vtraque ſpecie ſit contra euidentem argumentorum ſumptorum ex ſuppoſito-

positione, fidei ecclesiæ & doctrinæ sanctorum persuasibilitatem, sic arguitur: Omnis substantia habens omnem perfectionem & virtutē sub vno accidente, sicut sub pluribus, & nihil capiens ab accidentibus dum talis substantia recipitur sub vno accidente non est necesse, quod capiatur sub pluribus sine Christi præcepto, & Ecclesiæ statuto. sed Christus est substantia omnem perfectionem & virtutem habēs sub vno accidente sub specie panis vel etiā sub specie vini, ergo si recipitur sub vno accidente, videlicet panis, nō est necesse quòd capiatur sub pluribus, nisi obstaret Christi præceptum, nec Ecclesiæ statutum, vt ex dictis, & dicendis. maior patet per illud philosophi. 8. phisicorum. Et primo peccatum est fieri per plura, quòd æque potest fieri per pauciora. sed minor patet, quia si Christus non haberet omnem perfectionē sub vno accidente, sicut sub alio, tunc Christus sub vno accidente non esset perfectus, quod nullus mentatus, dicit. Scd̄o quicquid Ecclesia Dei in apostolicis sedibus roborata spernit & detestatur, hoc omnis catholicus spernere & detestari tenetur. Sed laicum populum sub vtraque specie communicare omnis catholicus spernere & detestari tenetur; consequentia nota est, & maior est beati Augustini in lib. qui intitulatur Fundamentum fidei contra Manichæos, vbi sic dicit: Omnis catholicus securus eā partem detestetur, cui Ecclesiam in apostolicis

ſedibus roboratã communicare non cognoſcit: & habetur 24. q. 1. Sciſma. Sed minor eſt manifeſta per experientiam. Tertio quicquid eccleſia non recipit non eſt recipiendum. Sed vtranque ſpeciem in laica communione eccleſia non recipit, ergo vtraq; ſpecies in laica communione non eſt recipienda. conſequentia nota eſt ſimiliter, & minor. Sed maior eſt beati Hieronym. in 4. Epiſtola contra vigilantiũ hæreticum, dicentis: Quid neceſſe eſt in manus ſumere, quod eccleſia non recipit, niſi forte Manichæi ridiculũ perquiris? Quarto ſi ſacerdotibus quandoq; congruit communicare ſub vna ſpecie tantum, ſine peccato, tunc à fortiori laicis. ſed de facto ſacerdotibus in magna ſexta feria congruit ſic communicare, ergo & laicis. conſequentia tenet per regulã topicalẽ. ſi id quod minus videtur ineſſe ineſt, tunc id quod magis. maior nota eſt per eandem. ſed minor, ſtatutum eſt eccleſiæ. ſtatuit enim Innocent. Papa eucariſtiam à die cœnæ ſeruari ſub ſpecie panis pro fidelibus cõmunicandis & adimplendum officium diei ſequentis quo ſacramentum conficitur, ergo ſub ſola ſpecie panis, eccleſia licite illo die communicat fideles, & per conſequens duplex ſpecies non de neceſsitate ſalũtis. Et Archidiaconus oſtendit cauſam quare ipſo die corpus Chriſti, & eius ſanguis non conſecratur, dicens, In ſignũ huius, quia in magna ſexta feria ſanguis fuit effuſus de corpore Domini, &

diui-

diuisus à corpore, & sic in memoriam Dominicæ passionis, & illius diuisionis nō recipitur, illo die sanguis in calice aut sub forma vini. hæc ille. Et in Glo. ca. visum est de consec. distinc. 1. super verb. Excipitur, dicitur In sexta feria ante Pascha secundum ordinem Romanum non conficitur, sed hostia præcedentis diei cū vino sumitur non consecrato. hæc ibi. Et confirmatur, eodē die sumit sacerdos sacramentum tantum sub specie panis ex statuto prædicto. Et etiam propter hoc vt dicit Bonauentura distinc. 12. quar. Quia isto die sumit plus ad refectionem quā significationem. Isto enim die non oportet significari passionem per sacramentum eo quòd tota ista dies & totū eius officium est memoriale passionis. Conuenit tamen tunc sumere ad refectionem sacerdotis, q̄ sufficiēter fit sub vna specie eo, quod totus Christus est sub ea. ergo ex eadem causa licite & rationabiliter ecclesia communicat laicos sub sola specie panis, eo quòd ipsi sacramentum recipiunt plus ad refectionem quā ad significationem, ergo duplex species non est necessaria. Quinto omne malum est vitandū & fugiendum. Sed recedere ab obseruatione ecclesiæ vnius speciei in laica cōmunione est malum, ergo recedere ab obseruatione ecclesiæ unius speciei in laica cōmunione est uitandum & fugiendū. consequentia tenet in tertio modo primæ figuræ. Sed maior est principiū philosophiæ moralis. Vnde in Ps. 33. dicitur,

Diuerte à malo & fac bonum. Sed maior patet, per id quod dicitur in cap. Significasti, de electione & electi potestate. Malum est ab ecclesiæ vnitate & ab obedientia Sedis Apostolicæ resilire. Ecclesia autem in laica communione vnam speciem obseruat, ergo receden. ab vna specie in prima coniunctione & sub pluribus laicos communicantes sine auctoritate Ecclesiæ ab obedientia & vnitate Ecclesiæ recedunt, ergò male faciunt, quod erat probandum. Sexto omne illud quod consensione vniuersalis Ecclesiæ roboratum est, id scientia & voce asserere & tenere securum est. Sed laicalem populum sub vna specie communicare cõsensione vniuersalis Ecclesiæ roboratum est, ergo laicalem populum sub vna specie cõmunicare voce & scientia asserere & tenere securum est. consequentia nota est de se, & maior est beati Augustini in lib. præallegato, qui dicitur, Fundamentum fidei, sub his verbis. Id autem scientia vocis asserere securum est, quod in gubernatione Dei Saluatoris Domini nostri Iesu Christi vniuersalis ecclesiæ consensione roboratum est. Augusti. Vnde etiam epistolæ beati Pauli non forent autenticæ, nisi auctoritate ecclesiæ essent roboratæ & approbatæ. dicit enim Apostolus met ad Galath. 2. Deinde post annos. 14. Glos. à Christi pasione, iterum ascendi Hierosolymam. Ascendi autem, Gl. Non solũ mea dispensatione, sed secundum reuelationem Domini, & contuli

cum

cum illis Euangelium, quod prædico gentibus. Glo. Hoc fecit per assertionē prædicationis: q[illegible] a multis erat scrupulus in doctrina Apostoli pert[illegible]r bantibus Iudæis. per hoc ergo quod ait & contuli cum illis, ostendit secundum beatum Hieronymum, se non habuisse securitatem Euangelii, nisi esset auctoritate Petri & aliorum roboratum. Apostolus enim Paulus post Christi ascensionem de cœlo vocatus, si non Apostolis communicaret, & cum eis Euangelium conferret, quomodo eiusdem societatis esse appareret, ecclesia omnino illi non crederet. Sed cum cognouissent eum hoc annunciantē quod illi, & in eorū communione & vnitate viuentem, accedentibus etiā per eū talibus signis, qualia & ipsi operabantur: Ita eum Domino commendante auctoritatem meruit, vt uerba illius sic audiantur in ecclesia tanquam in illo Christus dixit, Ipse verissime dixit, locutus audiatur. Et infra dicit Glos. ex verbis Augustini. Ipsa enim collatio vnam doctrinæ speciem ex cussa omnium lepræ varietate ministrauit. Et infra. Vt ergo Apostoli prædicatio ab omni corruptionis lepra libera ministraretur cū aliis Apostolicis contulit Euangelium: aliter enim crederet ecclesia ei qui non fuerat cum Domino. hæc Gl. Caueant ergo sibi consuetudines, assertiones, & doctrinæ ab ecclesia Dei non approbatæ: imo plus caueant sibi prædicatorum inuentores & assertores, & contra Ecclesiam dogmatizantes:

quo-

quoniam omnes qui talia agunt, regnum Dei nō consequentur. Sed minor est cottidiana experientia à multis annis in ecclesia obseruata. Septimo quicquid sancti Dei professi sunt, & quorum professio recepta est in ecclesia Dei, hoc idem omnis fidelis profiteri debet. Sed beatus Hieronymus, Ambrosius, & alii sancti in omnibus professi sunt sanctam sequi Romanam ecclesiam: quorum professio in sancta Dei ecclesia recepta est. ergo hoc idem omnis fidelis profiteri debet. consequentia nota de se, similiter maior, sed minor patet, quia Ambrosius in omnibus se sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam, vt habetur distinctione Omnes, in fine. Et consimile habetur de sancto Hieronymo. 24. quæstio. 1. Hæc est fides, & de pluribus aliis sanctis posset hoc declarari. Tunc sic omnis fidelis hoc profiteri tenetur, quòd sancta profitetur Romana ecclesia. Sed illá profitetur laicam communionem solum sub vna specie, igitur illam profiteri debent omnes fideles, & per consequens non sub duabus. Octauo. Si communicare sub vtraque specie laicos, esset de necessitate salutis, sequeretur quòd pro omnibus illis, qui sic non communicassent non esset orandum, ut alia suffragia facienda. & sic pro parentibus, & aliis fidelibus defunctis suffragia non deberent fieri cum omnes tales essent in statu damnationis,

ex quo

ex quo de hoc non pœnituerunt, eo quòd de hoc nullam conſcientiam habuerunt. Et ſi diceretur quòd prædeceſſores per vnam ſpeciem ſunt ſaluati, quia non habuerunt notitiam ſcripturarum, ſed quia ſcripturæ abſconſæ iam ſunt apertæ, ergo iã nullus communicans ſub vna ſpecie poteſt ſaluari. Sed contra nullus excuſatur per ignorantiam alicuius, quòd de neceſsitate ſcire tenetur. ignorans enim ignorabitur. Etiam ſcripturæ de quibus gloriantur aduerſarii ante multorum centena annorum à ſanctis patribus ſenſum Chriſti ſecundum Apoſtolum habentibus à ſapientibus vtriuſque facultatum theologiæ, & Canonum doctoribus ſunt viſæ lectæ optime expoſitæ & intellectæ atq; optimo fundamẽto ſtabilitæ, & per ſingula ſtudia firmatæ & approbatæ. Qui ſi neceſſitatem huiuſmodi communionis in his ſcripturis ſenſiſſent, vtiq; ipſam à populo nullatenus abſtraxiſſent, imo dudum huiuſmodi communicatio pro valido ſtatuto eccleſiæ fuiſſet conſignata, cuius oppoſitum tamẽ manifeſte relucet, non enim eſt veriſimile ſanctos viros & ſapientes, atque totam eccleſiam per tantum ſpacium annorum erraſſe, & hodie in errore perſiſtere, cum ipſa ſpiritu ſancto regatur & gubernetur, vt prius eſt declaratum, & patet ſingulariter Ioannis 16. Ille.ſ. Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem. Gl. neceſſariam ad ſalutem. Nono ſi communicatio laica duplicis ſpeciei eſſet de neceſsitate

tate salutis, sequeretur, quòd omnes sacerdotes ab illo tempore quo laici sub vna specie inceperunt communicare peccassent mortaliter, & hodie sic communicantes peccarent. hoc autem dicere est erroneum & falsum, quia ex hoc sequitur, quod omnes tales essent damnandi, & damnati, quod esset manifestus error, quia sic sanctus Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & alii quasi innumerabiles sanctissimi viri essent damnati, quod piæ aures audire perhorrescunt. Sed quod hoc sequitur arguitur sic, Omnis qui peccat, aut peccauit mortaliter non confessus, nec contritus de tali peccato damnatur, aut damnatus est, si sic moritur. Sed omnes sacerdotes sub vtraq; specie sic laicos non communicantes sunt, aut fuerunt homines mortaliter peccantes non confessi aut contriti, de hoc ergo omnes tales dãnati sunt, aut dãnantur. consequentia nota est, similiter & maior. Sed prima pars minoris patet per aduersarios dicentes hanc communicationem esse necessariam, ergo eam non practicantes peccant mortaliter. Sed secunda pars minoris, scilicet, quòd de hoc non pœnituerunt, patet, quia per illam practicam non æstimabant se peccare. Decimo non est necesse fieri per plura, quod æque bene saluari potest per pauciora, vt allegatum est in prima ratione. Sed laica cõmunio æque bene potest saluari per vnam speciem, & cum maiori reuerentia, & cautela; ergo nõ est necesse

necesse ipsam fieri sub duab. speciebus, ergo &c. Minor sic patet. Omnis effectus, omnes gratiæ, omnis efficacia, omnia merita & dona quæ fiunt sub duabus speciebus fiunt etiã sub vna, ergo &c. Argumentum patet si quia non detur ergo oppositum quòd alii & alii effectus, alia dona, aliæ gratiæ, & aliæ efficaciæ acquiruntur sub speciebus vini, quam sub speciebus panis. Tunc quæritur an talia proueniunt ex parte Christi, qui est sub illis speciebus, vel solum ex parte specierum vini, non secundum, quia nullus dat quod non habet. primo & secundo elencorum. sed species & accidentia vini nullam gratiam, nec aliquod donum habent, ergo in illis secundum se donum datur, & per consequens talis efficacia & gratia non prouenit ex parte specierum vini, secundum se. oportet ergo quòd talia proueniant ex parte Christi, qui est sub speciebus vini. sed quia etiam totus Christus est sub speciebus panis, ergo omnes gratiæ, & omnis efficacia, & omnia dona, quæ fiunt sub duabus speciebus etiam fiunt sub vna, quod fuit probandum, & tantum de 11. principali, &c.

VLtimum autem & finale, scilicet quòd necessitas communionis simplicis, seu laicalis sub vtraque specie sit contra fraternam qua debemus inuicem diligere charitatem, sic patet: nam ministrans eucharistiam sub vna specie peccat, & facit alium peccare mortaliter, sed peccans & faciens

ciens alium peccare mortaliter facit contra fraternam qua debemus inuicem diligere charitatem, ergo &c. consequentia nota est, sed minor patet, quia facit contra statuta & contra consuetudinem approbatam & laudabilem ecclesiæ, sicut ex supradictis patet. sed minor patet per illud Matth. 18. Qui non audierit Ecclesiam sit tibi sicut æthnicus & publicanus. sed esse æthnicũ & publicanũ nõ est sine peccato mortali. Et confirmatur secundum Augustinum, exponens se voluntarie & sine necessitate periculo peccati mortalis videtur peccare mortaliter, qa videtur Deũ tentare. Sed ministrans laicis eucharistiam sub duplici specie exponit se volũtarie, & sine necessitate periculo peccati mortalis, quia exponit se periculo effusionis seu distillationis sanguinis Christi, quem fundere est peccatũ mortale. Vnde dicit August. in li. 50. Omeliarũ, & habetur prima q. 1. Interrogo. vbi sic dicit Canon: Interrogo vos fratres vel sorores dicite mihi quid plus esse videtur vobis corpus Christi, vel verbum Christi? Si vultis vere respondere hoc dicere debetis, quòd non sit minus verbum Dei quam corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine obseruamus quando vobis corpus Christi seruatur, ministratur, vt nihil vel ex ipsa de manibus nostris in terram cadat, tanta solicitudine obseruemus, ne verbũ Dei quod vobis erogatur dum aliud aut cogitamus aut loquimur de corde puro depereat, qa

non

non minus reus erit qui verbum dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit. Et si dicitur tamen sanguis domini nostri Iesu Christi etiam prius fusus fuit tempore passionis in terram, igitur nullum est inconueniens si iam funditur. Respondetur, licet sanguis Christi mortalis, & diuisibilis per crucifixores fusus fuit in terram ex dei voluntate pro salute fidelium: grande tamen, & mortale peccatum commiserūt sic ipsum fundentes. Nunc autem non sic funditur, sed per malitiam, aut voluntatem propriam, & sicut illi grauissime peccauerūt, sic & isti. Si enim sacer dos per negligentiam guttā sanguinis Christi super terram, aut pallam fundēs debet pænitere xl. diebus, & palla comburi, & lapis radi, & terra lambi, & in sacrarium reponi, vt dicitur de conse. dis. 2. Si per negligentiam a maiori pepla, & barbæ sanguine Christi madidatæ debent comburi, eo quòd ex proposito sanguine Christi sic perfunditur, & personis quibus hæc cōtingunt magna pœnitentia deberet iniungi pro excessibus sic commissis, quam laici cum difficultate possent sufferre: Et ideo congrue communicatio laica ad vnam speciem est redacta. Item omnes dogmatizantes vtramque speciem, & sub eis eucharistiam ministrātes, generāt scisma in populo dei, & scismatici efficiuntur. Sed omnes tales peccant, & faciunt eis consentiētes mortaliter peccare, ergo omnes

tales faciunt contra fraternam charitatem, maior patet ex declaratione articuli noni præcedentis. Sed minor patet per Pelagium Papam in capi. Scisma 24. q. 1. dicentē. Scismatici, quia in vnitate non sunt, ideo spiritum sanctum non habēt, nec corporis Christi sacrificium habere possunt, & per consequens sacrificantes, & eucharistiam illo modo ministrantes peccant, & alios faciunt peccare etiam, quia origo scismatica secundum beatum Augustinum in libro primo de baptismo contra Donatistas, est pertinacia, & odiū fraternum. Et in lib. 2. de verbis Domini sermone 12. dicit ex causa scismatis est, fraterna inimicitia. Nulli enim scismata facerent, si fraterno odio nō excæcarentur. Talia autem sunt contra fraternā, qua debemus inuicem diligere charitatem, & sic patet vltimum præmissorum. & tantum sit dictū de materia secundæ partis principalis, &c.

NVnc in tertia parte principali ponendæ sunt aliquæ congruentiæ, & rationabiles causæ, propter quas modum communicandi laicos sub vtraque specie in vnam mutauit Romana ecclesia; pro quo aduertendū, quòd principalissima huius immutationis causa fuit voluntas, & auctoritas ecclesiæ vniuersalis, quæ ab inferioribus, & subditis non curiose est discutienda: sed humiliter, & reuerenter sustinenda cum ipsa errare non posit, eo quòd spiritu sancto duce regitur, & gubernatur

bernatur, vt in præcedenti parte articulo 4.varie eſt deductum. Sicut igitur cōmunicatio laica duplicis ſpeciei non eſt iuris diuini indiſpenſabilis, nec de Chriſti præcepto, vt in parte præcedenti ſufficienter probatum eſt,& declaratum: Sic nec communicatio laica quotidiana eſt eiuſdem iuris,& de Chriſti præcepto,prout concorditer dicunt doctores ab eccleſia approbati, non obſtante, quòd quotidie in primitiua eccleſia populus communicabat, & plures etiā ſub duplici ſpecie, quamuis non omnes ſecundum aliquorum doctorum probabilem æſtimationem. Quantæ ergo auctoritatis, & poteſtatis fuit eccleſia, & eius Pontifex in diſpenſando contra quotidianam primitiuæ eccleſiæ communicationem, ipſam ex certis cauſis, & rationibus intercifam, ſeu interpolatam mutando, tantæ eccleſia auctoritatis,& poteſtatis fuit in mutando vtramque ſpeciem propter certas cauſas rationales in vnam, quia non videtur quare vnū poſsit facere,& non aliud,cum ſit par,& ratio vtriuſque. Sed eccleſia, & eius Pontifex ex certis, & rationalibus cauſis quas ponunt doctores communionem quotidianam immutat. In primitiua enim eccleſia erat multitudinis credētium cor vnum, & anima vna. Act. 4. Et charitas dei diffuſa erat in cordibus hominū: vt etiam ad mortem pro fide Chriſti certatim currere feſtinarent. Et ideo neceſſariū erat hoc ſalubre ſacramentum quotidie ad mortem

præparatis. Tunc enim in missa omnes præsentes communicabant. Postea vero crescente ecclesia, & cessante persequutione, & deuotione aliquo modo in cordibus hominum tepescente secundum prouerbium vulgare, Quod rarum carum, vilescit quotidianum: Institutum fuit, quòd de octaua in octauã fideles comunicarent, adhibito hoc remedio, vt videlicet pro eo, quòd singulis diebus communicabatur, singulis diebus osculũ pacis daretur, & panis benedictus. Et quia in xl. a singulis benedictus panis sumi non potuit ieiuno saluo, institutum fuit, vt diceretur collecta super populum in fine missæ cum diaconus dicit, Humiliate capita vestra deo. Sed heu, crescẽte malitia hominum, refriguit charitas multorũ. Ideo statuit & Fabianus Papa, ut dicit Augu. in primo dist. 12. cap. vltimo, ut habetur de consecr. dist. 2. Et si non. Quòd homines si non frequentius, tamen ad minus ter in anno. s. in pascha, pentecoste, & in natali domini deberent communicare. Sed heu, peccatis nostris exigentibus super abundante, & supercrescente malitia hominum, decreuit, & diminuta est deuotio, & pene totius boni religio est deteriorata. Ideo statuit Innocentius tertius, vt saltẽ ad minus semel in anno quilibet Christi fidelium communicaret, scilicet in Pascha sub pœna excõicationis, & carentia ecclesiasticæ sepulturæ, ut habetur in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus. Ec-

ce quomodo ecclesia ducta motiuis, & causis rationabilibus communicationem quotidianam ecclesiæ primitiuæ successiue, & per processum tẽporis uarie, & finaliter usque ad annualem reduxit. Ex quo patet errare modernos in Bohemia hæreticos uidelicet Iacobitas a quodam Iacobello dicto de Misa, ut æstimo, exorti, dicẽtes, & expresse dogmatizantes, quòd quilibet homo debet quotidie sacramentaliter communicare sub pœna perditionis æternæ. Quia si esset necessitatis sic communicare, ecclesia contrariũ non statuisset, nec beatus Augustinus diceret, Quotidie eucharistiam sumere, nec laudo, nec uitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum exhortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit: nam habentem uoluntatem peccandi grauari magis dicò eucharistiæ perceptione, quam purificari. Hæc ille. Et habetur in Canone de conse. dist. 2. Quotidie. Et sicut communicatio quotidiana uariata est, & mutata est in annualem, ut prædictum est: Ita suo modo ecclesia communicationem laicã duplicis speciei secundum morem primitiuæ ecclesiæ in vnam propter plures causas rationabiles hoc expetentes, quas ponunt doctores Sanctus Thomas, Alexander de Ales, Bonauentura, Petrus de Tarentasia, Thomas de Argentina, & plures alii, potuit uariare, & immutare, quemadmodum & immutauit. Quarum causarum prima est, &c.

PRima est,ut euitetur periculum distillationis, & effusionis sanguinis domini nostri Iesu Christi,quem tractare est valde periculosum propter specierum naturalem fluxibilitatem, quæ de facili fundi possent. & præsertim cum in multitudine frequenter sit pressura,& ad communicationem conueniant homines tremuli,& barbati, infirmi, & paruuli, circa quorum sacramenti sumptionē effusionis periculum immineret. & ita accidèrent grauia, & magna peccata, quæ de facili non possent euitari,&c.

SEcunda causa propter euitare periculum erroris,ne populus communis qui tantum iudicat secundum sensum, credat Christum non esse totum sub una specie,sicut quidam hæretici æstimabāt, non eē sub vna specie totū,sed in vna medium, & in altera similiter medium contineri. Si enim ei ministraretur sub duabus speciebus, æstimare posset se non capere totum Christum sub panis specie, & sic consequenter credere ipsum non esse totum sub illa specie. Datur ergo ei sub vna specie,scilicet panis, vt credat, quòd sub una specie totum corpus christi,sicut sub duabus contineatur. Et ponit Bonauentura exemplum de quodam incredulo, cui exiuit sanguis de hostia in os accepta. qui non credebat, quòd esset sanguis sub speciebus panis. Simile accidit tempore beati Gregorii de quadam muliere incredula,

quæ

quæ non credebat eſſe verum corpus christi, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis vſquequo miraculoſe uidit per preces beati Grego. ſacramentum ſub ſpecie panis cōuerti in digitum ſanguinolentum. Ideo de eo cantat eccleſia. Vere felicem præſulem, vere fidei doctorem, quo petente panis christi formam accepit digiti. Ad formandam plebis fidem verſus incruentam carnem, ad deſignandum, quòd in ſacra hoſtia etiam ſit ſanguis, &c.

Tertia ratio eſt ne populus credat, quòd unus christus ſumatur ſub una ſpecie, & alius ſub alia, cum ſecundum iudicium ipſius idem corpus non poſsit ſimul, & ſemel eſſe in diuerſis locis. & per conſequens nec idem christus ſimul, & ſemel ſub ſpeciebus panis, & vini. & ita periculum infidelitatis de facili poſsit oriri. Summopere autem cauenda ſunt pericula circa tam venerabile ſacramentum. Vnde Petrus de Tarentaſia dicit, ómne quod eſt periculoſum circa hoc ſacramentum cauendum eſt. ſed tradere populo ſub ſpecie uini ſanguinem christi eſt periculoſum, tum propter effuſionem cum etiam propter ſimplicium errorem, & dubitationem: igitur, &c.

Quarta ratio eſt beati Thomæ in 3. parte. q. 80. de uſu ſacramenti euchariſtiæ dicentis, nihil derogat huic ſacramento ſi uulgus ſumit

ſine calice, quia ſacerdos in perſona omnium fidelium, tam viuorum, quam in purgatorio exiſtentium, offert ſanguinem. Ideo non eſt ſub ſpecie vini laicos ſanguinē ſumere. Concordat Lyra ſuper 10. Ioann. 6. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, dicens, Sacramentum eucharistiæ non ſolum proficit ſacerdoti ſumenti, ſed etiam toti eccleſiæ, & etiam illis, qui ſunt in purgatorio. Hæc ille.

QVinta ratio eſt eiuſdem beati Thomæ in ſermonibus; venite, & comedite, ſic inquiētis. Sacerdotes pp characterem, ſeu ſignificationē ſacerdotalem, & officium ad quod obligantur cæteris paribus, ſunt vaſa magis congrua ad recipiendum ſanguinem de calice, quàm laici. & in alio ſermone qui incipit, Memoriā fecit mirabilium, dicit, Si vulgus reciperet ſanguinem ſub ſpecie vini vix illū crederet eſſe ſub ſpeciebus panis. Hæc ille. & Hugo de Argenti. in ſuo compendio dicit, Si daretur vulgo hoc ſacramentum ſub vtraque ſpecie, poſſet credere, quòd totus Chriſtus non eſſet ſub vtraque ſpecie diuiſim. Hæc ille.

SExta ratio eſt Alexandri de Ales, & Bonauenturæ dicentium, ſanguis bibitur ab omnibus communicantibus ſub ſpeciebus panis, licet non ſub proprio ſigno, ſeu ſpecie. Eodem modo chriſti ſanguis glorificatus realiter, & exiſtenter ſub ſpecie-

ſpeciebus panis ſicut ſub ſpeciebus vini: quia vtrobique incluſus in corpore,& venis Chriſti, & per conſequens ſicut potatur, & bibitur ſub ſpeciebus vini, ſic ẽt bibitur, & potatur ſub ſpeciebus panis: non enim recipitur ſub ſpeciebus vini, vt liquor realiter a corpore Chriſti ſeparatus, ut æſtimant Neſtoriani, & eorum ſequaces, quia Chriſtus in ſua reſurrectione omnem ſanguinem ſuum inſeparabiliter reſumpſit, eo quòd tamen integritate corporis ſui reſurrexit, vt late deducunt doctores in 3. Sententiarum, & B. Thomas ſimiliter in 3. parte ſuæ ſummæ. q.lv.articulo.3. & quæſt.lv.artic.6.&c.

SEptima propter infirmos pro quibus debetur ſanguis ſub ſpeciebus vini in ſacrario reſeruari: & quia ſi ſic reſeruaretur, de facili congelaretur, vel in acetum tranſmutaretur,& ita ſacramentum,& acetum purum pro ſanguine Chriſti fidelibus daretur,& per conſequens idolatria de facili committeretur. Etiam ſi deberet ſeruari illo modo,tunc in æſtate de facili vermes, aut muſculæ in eo generarentur quantumcunque etiam vas eſſet clauſum, & fieret tunc quaſi abominabile ad bibendum. Et dato, quòd tempore belli centum milia communicari deberent,quæritur in quo vaſe fieret tanti vini conſecratio,& vbi caperetur vinum in tanta copia, & maxime in illis locis, ubi defectus vini exiſtit in tantum, quòd vix pro ſacerdotibus vinum poteſt comparari.

Octaua

OCtaua secundum Hugonem de Argentina, vt dicit, veritas respondeat vmbræ. in veteri enim lege de libaminibus per quæ sanguis Christi significabatur, nihil sumebant laici, sed soli sacerdotes, ut p̃dictum est: sic in noua legē laici nihil debent recipere de sanguine sub specie vini, &c.

NOna ne credatur sic communicare esse necessitatis, & consequenter omnes prædecessores nostros, qui non sic communicauerunt esse damnatos. quod asserere esset magnæ impietatis, & cætera.

DEcima ne credatur virtus huius sacramenti æque principaliter, vel principalius esse in sumptione, quam in consecratione. Si enim laici ad vtramque speciem æqualiter sacerdotibus admitterentur, & sub duplici specie communicarentur: & quia, heu, de die in diem crescit temeritas, & malitia hominũ, timendũ esset ne clerici nõ ordinati, vel laici litterati, imo & quæ proniores ad malum, seu in vetitum sunt mulierculæ audaciam conficiendi sacramentum Dominicum assumerent: nã temeritate sua eos instigante dicere possent. In quo differimus a presbyteris? Si sumimus & debemus sumere prout iã docemur, & practicamus corporis, & sanguinis Christi misteria, quẽadmodum presbyteri sub duplici forma, quis no-

bis

bis prohibere poterit legere collectas, epiſtolas, & euangelia Chriſti, necnon & alia ad miſſam pertinētia, cum illa legere, & facere ſint valde bona? Nonne bonus laicus dignior eſt, & melior coram Deo, quam concubinarius, vel alius prauus ſacerdos? Ex his, & ſimilibus argumentatiōibus timendum eſt ne ponerent ſe tales ad miſſarum ſolemnia peragenda, ſicut & aliqui actu Bohemi artifices confeſsiones aliorum præſumpſerint audire, & hodie multi ex eis accedunt ad altare dei cum lingua ſuſcipientes ſeipſos non deſiſtunt communicare. Alii vero ſeipſos de altari propriis manibus, & etiam alios paſsim communicant dicentes, quòd manus ſacerdotis conſecrati non ſit dignior ad porrigendū ſacramentum, q̄ manus cuiuslibet layci vel alterius hominis non ordinati, & quòd populus laycalis poteſt ſeipſum communicare dummodo per ſacerdotem eis ſacramētū ad altare ponatur. ne ergo talia & ſimilia inter fideles contingant, placuit ſpirituiſancto vt preſbyteri in ſacrificio ſub duplici ſpecie: layci vero tantummodo per manus ſacerdotum ſub vna communicent ſpecie.

VNdecima ne æſtimetur, quòd Romana Eccleſia non rite ſentiret vel ſenſiſſet de eccleſiaſticis ſacramentis. Ipſa.n.mater origo & caput omnium fidelium eccleſiarū.xxii.diſtinct. Sacroſancta,

ſancta,paragrapho. hoc vero. Vbi dicit Canon hoc vero Apoſtolica ſedes &cardo,vt pfatum eſt, a domino & nō ab alio conſtituta eſt.Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic ſanctæ huius Apoſtolicæ ſedis auctoritate omnes eccleſiæ Domino diſponente reguntur. Et in capitulo præcedenti dicitur quòd Chriſtus Dominus ſolus ipſam fundauit. Et infra eodem dicitur eſſe mater fidei. Et ſanctus Ambroſius ſe in omnibus ſequi magiſtram ſanctam Romanam Eccleſiam profitetur. hæc ibi. Si igitur talis eſt, quomodo poſſet male de eccleſiaſticis ſacramentis ſentire?

DVodecima,ne credatur quòd generalia Cōcilia,& principaliter Cōſtantien. in fide errauerint,& bonis moribus, quæ communicationem laycam ſub vna ſpecie pro ualido cōſignauerunt ſtatuto,vt ex prædictis patet ſufficienter.

DEcimatertia ne talis cōmunicatio eſſet multiplicium ſeductionum, & ſciſmatum in chriſtianitate noſtra. ſicut experientia nunc manifeſtat in Bohemia,quæ ſeditio (quòd dolenter referendum)ne dum ad ſpiritualem, ſed ad temporalem eiuſdem regni diſſipationem,& multorum chriſtianorum interfectionem cooperatur.

DEcimaquarta, vt in communicatione laica, & ſacerdotali in ſacrificio notabilis appareat differentia, ſacrificans enim ex neceſsitate obligatu·

gatur ad perceptionem vtriuſque ſpeciei, vt dicitur in Canone. Comperimus. de conſec. diſtin. 2. Sed non ſacrificans, ut talis non obligatur ad perceptionem vtriuſque. Si autem per aduerſarium laicus obligaretur ad vtramque æqualiter ſacerdotibus ſacrificantibus videretur omnino aptus eſſe ad hæc miſteria ſacra peragenda. quod nullus ſanæ mentis dicit eo quòd magna eſt, & debet eſſe differentia inter communicationem ſacerdotis celebrantis, & communicationem laici, vel alterius non officiantis. Sacerdos enim celebrans offert ſacramentum, & communicat pro omnibus fidelibus viuis, & defunctis. ſed non ſacrificans non offert, ſic nec communicat, ſed tantum pro ſeipſo. Etiam ſacerdos celebrat in perſona Chriſti, qui vtrumque percipit. igitur etiã ſacerdos tenetur vtrumque percipere: ſed laicus, vel non ſacrificans non tenet vicem Chriſti, ergo non tenetur eodẽ modo percipere ſicut ſacerdos, ſed ſufficit ſibi una ſpecies ſecundum eccleſiæ diſpoſitionem. Item ſacerdos offert ſacramentum in perſona totius eccleſiæ, & ideo qualiter offert, taliter percipit. Sed laicus non communicat in pſona omnium fidelium, & totius eccleſiæ, ergo differenter debent ſe etiam in ſumptione habere, &c.

DEcimaquinta cauſa eſt, quia populi ſumentes euchariſtiã ſub ſola ſpecie panis, ſumunt integrum ſacramentum, quo ad eius efficaciam, ut patet

patet ex dictis Bonauenturæ allegatis articulo in præcedenti parte. Efficacia autem illa est, solū ratione contenti, & non plus sumitur, aut continetur, sub ambabus, quam sub altera tantum, & per consequens, quicquid habet efficaciæ sumptio sub vtraque specie, illud habet sumptio sub sola specie panis. Et ergo communicatio populi sub utraque specie non solum esset frustra, & sine utilitate, sed etiam periculosa, & nociua, propter pericula iam enarrata, &c.

DEcimasexta, propter euitare errores hæreticorum, scilicet Nestorii, & Pelagii, & eorum sequaces. Nestorius enim ideo populum laicalem sub vtraque specie sacramentali communicauit, quia dixit, quòd sub specie panis tantum esset corpus christi, & sub specie vini tantum esset sanguis Christi. cuius rationem dixit esse illam, quia in die parasceues corpus fuit diuisum a sanguine, & econtra sanguis a corpore, & sic etiam credebat esse in sacramento, videlicet quòd corpus esset diuisum a sanguine, & econtra sanguis a corpore. quod est omnino falsum, erroneum, & hæreticum: quia corpus christi est corpus uiuum: corpus autem uiuum non est sine sanguine, & anima. Pelagius autem, & sui sequaces innitentes dicto Saluatoris Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, communicauerunt populum laicalem sub utraq; specie,

ſpecie,& conſequenter populum induxerunt, ut paruulos ſtatim poſt baptiſmum ſub utraque ſpe cie communicarent. & ſi ſpeciem panis ſacramen talem ſumere non poſſent, quòd ipſa conteri deberet cum ſanguine,& infundi in ora ipſorum. & ſi quid eiicerent, dixerũt illud eſſe comburendũ, aſsignantes pro illo ſcripturam Exo.7.Si quod re ſiduum fuerit, igne comburetis. Et declarabant ſe hac ratione. Pueri ſunt innocentes,nec ſuperbi,nec auari,nec inuidi,nec luxurioſi,nec aliis pec catis obnoxii, igitur ſunt merito taliter communicandi. Etiam ſi ab eis auferetur cõmunio, tunc ab eis auferetur ſalus, & vita æterna. Sed talia ab eis non debent auferri. Sed hoc dictum eſt omnino erroneum, & hæreticum. huius Pelagii errorem ſequuntur,heu, moderni Pragenſes hæretici, qui infantes ſtatim poſt baptiſmum, & alios quoslibet,ante uſum debitum rationis,paſsim cõ municare non deſiſtunt, ducti motiuis iam præmiſsis.Et ut relatione intellexi, ſi tales,ut præmit titur,infantes,corpus chriſti ſumere,& deglutire non poſſunt, nutrices, uel matres eorum digitis ipſum uenerabile ſacramentũ eis imprimũt uelut alium cibum corporalem.Ecce ad quantam veſaniam hi miſeri peruenerunt, pro cuius tamen erroris eliminatione, & confutatione eſt notãdum illud,quod dicit beatus Thomas in 2.diſtin.9. & ſimiliter Petrus de Tarentaſia, Quod tripliciter aliquis põt excludi a ſacramento euchariſtiæ ſi-

ne

ne culpa sua. Primo propter reuerentiam exterioris sacramenti, & sic excludit, immundicia corporalis ad sensum postea dicenda. Secundo propter reuerentiã rei contentæ, & sic excludit defectus discretionis cognitionis, & ratiõis, ut in pueris, amentibus, & naturaliter fatuis. Tertio pp reuerentiam rei supradictæ, s. unitatem corporis mistici, & sic excludit uinculum interdicti suspensionis, vel etiam excommunicationis iniustæ. Ex quibus elicitur quod ad dignam huius sacramenti perceptionem non sufficit sola innocentia, & præsertim naturæ: Sed etiã requirũtur alia, scilicet cognitio & discretio inter cibum corporalem & sacramentalem. quod innuit Apostolus. 1. ad Corint. 6. dicens, probet autem seipsum homo, &c. Probatio autem præsupponit cognitionem. Et ibidem. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus domini: vbi dicit Glo. i. non discernens corpus domini ab aliis cibis. per hoc docet Apostolus de uote, & cum discretione esse accedendum. pueri discretionem, & deuotionem non habent, igitur non sunt cõmunicãdi. Ad auctoritatem Saluatoris, Ioan. 6. dicetur in parte sequenti, & quando dicitur, quòd Pelagiani induxerũt populũ, ut pueros statim post baptismum communicarent, dicitur, quòd in hoc grauiter errauerunt, prætẽdentes baptismum paruulis non conferre gratiam. Et quando ulterius dicitur de contritione hostiæ, & infusione,

infuſione,&c. dicitur,quòd ille cõmunicandi nõ habet aliquod fundamentum ex ſcripturis. nullibi enim Chriſtus,vel ſui Apoſtoli huiuſmodi infuſionem, & contritionem mandauerunt, vel in ſcripturis reliquerunt. immo ex tali contritione & commixtione ſpecierum deſinit ibi eē ſpecies panis,& vini,eo quòd ſit paſta, quæ non eſt panis, & per conſequens deſinit eſſe ſacramentum. Igitur adorantes talem paſtam, idolatriam committũt,& perperam agunt: quod voluit inimicus humani generis, ſcilicet diabolus introducere. Sed auctoritas Exod.vii. non eſt ad propoſitum, quæ loquitur de agno paſchali, qui ſolũ ab adultis concedebatur, & plures requirebat comedentes. Ad argumentũ eorum primũ negatur conſequentia, quia ad communionem non ſolum ſufficit innocentia, ſed etiam requiritur diſcretio, & cognitio, &c. vel dicitur quod ad ſumptionẽ euchariſtiæ non ſufficit innocentia naturæ, ſed requiritur innocentia gratiæ, ſecundum illud apoſtoli, Probet autem ſeipſum homo, &c. Quam diſtinctionem ignorauit Pelagius. Ad ſecundum dicitur negando illam conditionalem, quia euchariſtia non ſacramentum neceſsitatis, & ſi ſic per aduerſarium,tunc baptiſmus, uel eſſet ſuperfluus in pueris, vel non cõferret gratiam eis, quorum vtrumque eſt erroneum. Etiam per baptiſmum datur pueris ſalus, ideo non eſt neceſſe, vt cõmunicẽtur pro ſalutis àdeptione. Sed diceres,

tamen in hymno completorii de corpore Christi dicitur, Dedit fragilibus corporis ferculū, id est pueris qui fragiles sunt. respondetur, quòd illa est omnino impertinens, sed sic debet intelligi, dedit fragilibus, id est apostolis Christum negaturis, & ab eo in fugam imminentem recessuris. & tantum sit dictum de materia tertiæ partis principalis, &c.

COnsequenter in quarta parte principali exponendæ sunt auctoritates, & soluendæ rationes, quibus se munit pars aduersa. ubi quatuor occrrunt expedienda. primo præmittendæ sunt declarationes quatuor articulorum Reuerendi in Christo patris ac Domine Domini Feruendi Lucensis Episcopi sedis Apostolicæ legati. quos articulos ipsi aduersarii illustribus, & orthodoxis principibus Friderico, & Vuillelmo Lantgrauiis Thuringiæ, & Marchionibus Misnæ fratribus germanis, pluribusque aliis principibus cum Christi fidelibus ad exercitum ante Pragam transmiserūt. Secundo exponendæ sunt auctoritates canonis Bibliæ, quas in his, & in aliis eorum scriptis pro suo palliando errore, allegāt, & allegauerunt. Tertio declarandæ sunt auctoritates sanctorum, & scolasticorum doctorum, conciliorum, & sacrorum canonum, quas sæpius ineptæ, & truncatæ pro se trahentes male intelligūt, & intellexerunt. Et quarto soluendæ sunt rationes

nes eorum ſophiſticæ, quibus fideles ſimplices, & minus intelligentes decipiunt, & deceperunt. Circa primum, aduertendum quod prædicti aduerſarii,& præſumptores, de anno Domini Milleſimo quadrageſimo, viceſimoſexto die menſis Iulii,apud eos multū celebri,& feſtiuo,in recordationem damnatæ memoriæ quōdam Ioannis Hus hæreſiarchæ, & ſeductorum ipſorum,cuius memoria in maledictione eſt, & finis ſine honore,quandam epiſtolam Miſnam antedictis Marchionibus,& principibus direxerunt, perſuadentes in eadem, & deſiderātes, vt inuictiſſimo principi ac domino domino Sigiſmundo Romanorum Regi, Vngariæ, Bohemiæ, &c. Regi ſemper Auguſto,contra eos non aſsiſterent cum gente armorum, eo quòd propter traditiones diuinas, & euangelicas eos inuadere, & penitus exterminare niteretur, reducētes præfatas traditiones ad quatuor articulos ipſos in idem miſsiue in cartula quadam includentes. Et quoniam primus,tertius,& quartus non deſeruiūt propoſito noſtro, & poſtea compendioſius in ſcripto domini Feruendi antedicti proponentur: Ideo ſolum initiū eiuſdem cædulæ incluſæ cum ſecundo articulo plus ad propoſitum deſeruienti, volo recitare. Scribunt enim ſic. notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentium tenorem inſpecturis, quòd noſtris inſonuit auribus, qūo nonnulli Principes,Comites, Barones,milites,& militares cliē-

tes,ciues,& villani, non scientes causam rixæ ac litis in regno Bohemiæ Christi fideliũ,nunc existentes à Sigismundo Rege Vngariæ cæterisque suis sequacibus exortam. Cæterumq; quòd pseudo ac mendaces præfati litigii causæ prætactis principibus atq; dominis proponũtur. Ob quod non pauci,immo multi principes milites ac militares corpus, & animam perdentes, cum eisdem periclitantur,& enormiter illuduntur. Hinc est, quòd vniuersi,& singuli Christi fideles,immo boni Christiani regni Bohemiæ prædicti,diuino intuitu largiente, post acto rege Vngariæ Sigismũdo,suorumque adiutorio ob articulorum sequentium veritatem viriliter recalcitrare conantur, quoniam præfati Christi fideles libertatẽ prædictorum articulorum cupientes sibi dari per regnum Bohemiæ ab antedicto Rege Vngariæ Sigismundo instanter deprecabãtur, & affirmabãt. quibus si consensum præberet, ipsum pro domino, atque rege sæpe dicti regni Bohemiæ proponeret captare. quibus tamen articulis, vtique nostro,vt intonuit auditui, quibusdam episcopis ac prælatis,reliquisque cupidis sacerdotibus non impedientibus consensisset. hæc ille. Quibus præmissis statim sequuntur articuli. Sed dimisso primo,qui est de libera prædicatione verbi Dei, similiter tertio,& quarto, de quibus statim in scripto domini Feruendi dicetur, &c.

Secundus

SEcũdus articulus ſequitur, de quo ſic ſcribũt. Articulus ſecundus, quòd ſacramentum diuiniſsimæ euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, ſcilicet panis, & vini, omnibus Chriſti fidelibus nullo peccato mortali indiſpoſitis libere miniſtretur, iuxta ſententiam, & inſtitutionẽ Saluatoris, qui dixit. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meũ, & bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Matth. 26. artic. 14. & Luc. 22. Vbi datur etiam præceptum apoſtolis, cum dicitur, hoc facite. Gloſſa interlinearis, id eſt accipite, & aliis date in meam commemorationem. Et Ioan. 6. Saluator omnes fideles obligat ad ſumptionem huius ſacramenti, dicens. Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis, &c. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Similiter prima ad Corinth. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Et ad idem eſt Canon de conſecr. diſt. 2. Comperimus. & Concilium Carthaginenſe, & ponitur in Canone 26. q. 6. Is qui. Et canon beati Gregorii in Omelia paſchali. & ponitur de conſecr. diſt. 2. Quid ſit. Et canon Auguſtini eadem diſt. cum frangitur. Et canon eiuſdem. Quia paſſus. Et canon beati Hieronymi ſuper Sophoniã prophetam. & ponitur prima q. 1. Sacerdotes. & idẽ docet beatus Dionyſius in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, capitulo de euchariſtia. Et Cypria-

nus magiſter epiſtol.37.de lapſis.Et beatus Ambroſius in libro de ſacramētis,& ponitur de conſecr.diſt.2.huius ſacramenti. & Origenes Omelia 16.ſuper Num. Et Auguſtinus libro primo de Simbolo. Et idem in ſermone quadrageſimali. & Ambroſius in cantico ſuo. Exultet iam angelica turba cœlorum. Et in lib. Tripartitæ hiſtoriæ. Et Beda in Omelia ſuper Ioannem primo capite.Et Leo Papa in ſermone quadrageſimali, qui ſic incipit. Prædicaturus vobis.Et Fulgentius de diuinis officiis in libro cuius prologus ſic incipit, Eaq; per anni circulum. Et Remigius ſuper illo prima ad Corinth.10.Calix cui benedicimus.Et ſanctus Thomas ſuper quarto q. 47. Et idē parte 3.q.73. arti.2.Et q.87.artic.3.Et Innocentius in ſuo libro de ſacramentis cap.5.& cap.16.& 20. Et Lira ſuper illo Prouerb. 9. Venite, & comedite panem meum. Idem ſuper prima ad Corin.11. Et Vuillelmus de monte Lauduno in ſuo ſacramentali. Et Albertus Magnus in tractatu ſuo de officio miſſæ. quorum ſcripta,& teſtimonia reliquimus lectori propter breuitatem. Hæc ibi. Declarationē vero domini Feruendi quatuor articulorū antedictorum per modū epiſtolæ reperi deſcriptā hoc ſub tenore,&c. Feruendus Dei gratia Lucen. epiſcopus, necnon in regnis Vngariæ, & Bohemiæ cæteriſque terris,& dominiis eiſdem regnis ſuppoſitis apoſtolicæ ſedis legatus, Salutem, & ea quæ ſunt ſalutis,ſobrie,& cum humilitate ſentire.

tire. Nuper in regnum Bohemiæ venientes; ad quod ſumus tranſmiſsi pro ſalute incolarum, & reductione oberrantium in viam ſalutis, & pacis, plurima abominabilia, & deteſtanda, oculis noſtris perſpeximus, quæ ante cum audiremus vix fidem adhibere potuimus, videlicet mirabilem euerſionem eccleſiarum, impiam exuſtionem Monaſteriorum, truncationem ſacrarum imaginum, expulſionemq; accedere ſacerdotum, & clericorum, propter quæ cultus diuinus, & in quibuſdã eſt totaliter deſtitutus. Harum autem rerum auctores dicuntur eſſe apud vos, vobiſcum commorari, voſque eorum viribus, & audacia ſperatis poſſe defendi. Miramur equidem ſi vos qui legis Dei eſſe gloriamini zelatores, & qui pro ea vſque ad mortem ſtare parati eſtis, inimicos Dei in veſtram defenſionem aſſumitis, aut ſi confidentes in talibus vllum auxilium ſperare poteſtis. Quid enim eſt aliud euertere eccleſiam, niſi domũ Dei diruere? Quid expellere ſacerdotẽ aut interimere, niſi miniſtrum Dei auferre? qui quamuis aliquando malus ſit: tamen ſemper ſupportatur ab eo, & expectatur ad pœnitentiam. quid aliud indecens truncatio, aut mutilatio ſacrarum imaginum, niſi totaliter irreuerentia erga Deum, & ſanctos ſuos? In quo facto illud dolenter, & multo mœrore conſpeximus, quòd imagines quas illi mutilauerant omnes, aut truncato naſo, abſciſo ve capite, aut effoſsis oculis, aut omnimode in fa-

ciem læſæ cernebantur, quaſi illi putauerint ſe viuos homines, aut eos quorum erant imagines, ferire. quod ſi ideo fecerunt, vt ſic ſanctiores ex hoc vobis viderentur non intelligimus, quæ ſit hæc ſanctitas, qua in obſeruatione legis Dei, & pceptis euāgelii gloriamini, cum iam diu opinio de ¦tollēdis imaginibus non quidem ita turpiter, & irreuerenter, ſed quæ aſſerebat: quamuis tamen friuola ratione non ſinendas eſſe in eccleſiis imagines fuerit ab omni eccleſia reprobatum. Si autem ita agunt, vt terribiliores vobis, & cæteris appareāt, quia imagines Dei, & ſanctorum aggredi; & exterminare non formidant, vana eſt illis ſpes in eis, & vobis vana fiducia. Intelligent enim, vt ſperamus, ſi adhuc deuentum fuerit, aliud eſſe pugnare cum hominibus, aliud cum imaginibus, & eos quorum illæ erant imagines, vt firmiter, & credimus aduerſarios habebunt, ſuarumque iniuriarum vltores. Omittimus autem communicationem infantium ſub vtraque ſpecie, & alia multa enormia, q̄ facta fuiſſe, & quotidie fieri diuulgantur. Verum, quia non oēs ita ſentiunt, & ſi ita ſentiunt, plerique tamen ſub ſpecie magis apparenti honeſtare ſe moliuntur: Inſerimus tenorem cuiuſdā cedulæ, quæ a vobis dicitur prodiiſſe quatuor capitula continētis, cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur. & eſt talis, &c.

IN primis inſtamus pro perceptione corporis & ſanguinis ſub vtraque ſpecie communi populo miniſtrandi, cum ſimus integre ex euangelio, & nouo teſtamento informati, quòd ſic dominus Chriſtus inſtituit, & præcepit, & ſic diſtribuit, & apoſtoli primi, & primitiua eccleſia ſancta ſic tenuit, & porrexit, ſicut & Conſtantienſe Concilium nobis recognouit. Secundo pro ordinata, & libera prædicatione verbi Dei, & omnimodæ eius veritatis. Tertio quòd ſacerdotes, a Papa incipiendo, ſuam pompam, auaritiam, & inordinatam dominationẽ in ſuperfluitate bonorum temporalium dimittentes, nobis ſic exemplariter viuant, ſicut dominus Chriſtus ipſis præcepit, & eius apoſtoli, & poſt eos ſancti patres inſtituerunt, & ſoli ſic vixerunt. Quarto pro expurgatione, & deſiſtentia omniũ publicorum peccatorum mortalium, quilibet in ſua perſona, & expurgatione malæ, & indirectæ infamæ linguæ, & regni Bohemiæ, & penes hoc pro communi bono terræ noſtræ. Nos vero imprimis quærimus quid ſibi vult illud quod ponitur in ſecundo loco, quòd inſtatis pro ordinata, & libera prædicatione verbi Dei, & omnimodæ eius veritatis. legi quidem Dei repugnat, quiſquis ordinatæ prædicationi repugnat. Ordinata autem prædicatio eius, quæ non ab vno quoque ſit, ſed ab eo qui miſſus eſt, & auctoritatem recipit prædicandi. Vnde dicit apoſtolus. Quomodo prædicabunt, niſi

nisi mittantur? Si autem ista sic ordinata libera prædicatio, vt liceat cuilibet indistincte prædicare, & quicquid voluerit prædicare, iam non est ordinata. Insuper si contra doctrinam ecclesiæ prædicet quisquam, aut contra statuta sanctorum patrum, aut si ea, quæ sunt indeterminata, tanquam certa, & determinata prædicet, non erit prædicatio ordinata, ne credant se soli vestri scire verbi Dei omnimodam veritatem, quæ nondum vlli puro homini in hac vita cognita est. Tertium ad quod instatis. Si per bonos mores, & rationales instatis, credimus non esse vituperabile. Verum non decet esse vos iudices de superfluitate bonorũ temporalium clericorum, nec sub isto colore ab ecclesiis repellere sacerdotes, vt bona eorum diripiatis, & cum volueritis auaritiam eorum minuere, vestram augetis, cum videamus magis eorum opes quærere, quam exemplum bonæ vitæ desiderare. Quartum laudabile est, cum pro expurgatione, & desistentia insistitis, omniũ publicorũ peccatorum mortalium: nam quilibet, & in se, & in proximo curare tenetur, tenemini quoq; ad expurgationem infamiæ linguæ, & regni Bohemiæ. sed hoc modo, vt illi, qui si sint infecti erroribus, aut hæreses defendũt, desistant ab eis, & reconcilientur ecclesiæ: non autem vt opponendo se, aut etiam rebellando regi, & domino suo naturali, vltra infamiam, hæresis crimen, & infamiam læsæ maiestatis incurrant. Male autem se

expur-

expurgat, qui in eadem labe perſeuerat. male ſe expurgat, qui in ſordibus ſordes lauat. Ad primum autem venientes, de communione corporis, & ſanguinis domini ſub vtraque ſpecie communi populo miniſtranda, in ſolo, quo plerique veſtrũ inſtare, & perſiſtere ſe dicunt, & fatemur vobis, ita fuiſſe hoc ſacramentum a Chriſto inſtitutum, ac ſub vtraque ſpecie apoſtolis miniſtratum, & primitiuam eccleſiam ita obſeruaſſe. Verum negamus hoc fuiſſe Chriſti præceptum, fuiſſe aut eſſe de lege euangelica, quæ obligat contrafacientem ad pœnam damnationis æternæ. Quamuis enim Doctores ſacræ ſcripturæ varie in hoc ſenſerunt: tamen auctoritas vniuerſalis ecclesiæ, quæ maior eſt omnibus, & quæ deficere non poteſt vſque in finem ſeculi, ita interpretata, & ita recepit, vt non ſit neceſſaria ad ſalutem in laico communicatio ſub vtraque ſpecie. Quod igitur velitis nunc tenere, & docere contrarium, non eſt niſi totum reſiduum Chriſtianitatis velle condemnare, & aſſerere vos ſolos eſſe ſaluandos, vel approbare eccleſiam græcam, quæ morem habent ſeruare, dicitur & condemnare latinam. Quamuis autem, & apud nos in pluribus eccleſiis ſiue monaſteriis ex priuilegio, vel ex conſuetudine ſeruetur, vt non ſolum conficiens: ſed etiam alii ſub vtraque ſpecie communicent: tamen nemo ſentit hoc eſſe de neceſsitate ſalutis. Sic aliàs eos qui non ſic communicarent cum poſſent, vel

com-

communionem aliis denegarent, iudicaretis esse in statu damnationis æternæ. Si igitur non est de necessitate salutis talis communio, sicut clare cõstat, quæ est vestra insania, vt in tali causa constituatis vos scismaticos aduersus summum Pontificem, & Romanam ecclesiam, & efficiamini rebelles contra regem, & dominũ vestrum, ac infames reddamini toti mundo, & insuper personas, & bona vestra subiiciatis tanto periculo, totũque regnum multis damnis, & grauissimis iacturis? Et quamuis communio sub vtraque specie esset forsitan perfectior magisque meritoria prout quidã doctores asseruerunt, tamen eligibilius est per humilitatem augere meritum, abstinendo a communione calicis, ex quo consuetudo vniuersalis ecclesiæ ex rationalibus causis est in contrarium. & decretum insuper Constantiensis Concilii super hoc emanauit, quam superbe sibi arrogando augere crimina, & cumulare pericula. Aut si maius meritum ea via consequi omnino velletis, exorandus esset ille, qui potest hoc concedere, & habet res ecclesiæ dispensare, non a Serenissimo Rege petendo; qui habet temporalia ministrare. Nam, vt in quibusdam vestris literis ad Marchionatum, & ciuitatem Budisnensem vestro sigillo sigillatis nuper legimus, vt illum fateamini hæreditarium regni Bohemiæ successorem: negatis tamen vos ei parituros, nisi hunc articulum vobis concessisset. Quoniam autem his solis insistere

vide

videmini,quæ honeſtatis faciem prætendunt,vos fratres,& eis, & aliis quæcunque proponere volueritis,vos parati ſumus audire. Nam cum ab eodem Sereniſsimo rege audientiam petieritis, ille noluit in his cauſis,quæ cauſæ ſunt fidei ſine nobis ſe ad audientiam exhibere. Significamus igitur vobis, quod de noſtro conſenſu, idem Sereniſsimus rex præſtabit ſi petieritis,ſaluum conductum, pro ſufficienti tempore his perſonis, quas pro iſta cauſa duxerit deſtinandas. & ſi quid ſentire bene, & ſobrie volueritis, non ſolum veniæ, ſed etiam gratiæ locus erit.Si in contumacia autē perſtitēritis,nolueritisque viam amplecti ſalutis, tanto grauius vobiſcum procedetur, quanto maior fuit hucuſque patientia, & diſsimulatio erga habita. Datum, &c. Quidam alii Doctores cum prædicto domino rege in eodem exercitu conſtituti reperiuntur ad prædictos articulos, licet ſub alio ordine poſitis taliter ſuis ſcriptis reſpondiſſe. Cui quidem ſcripto talis præmittitur titulus. Iſtæ ſunt reſponſiones factæ ad quatuor articulos datos per illos de Praga. Primus articulus,ſcilicet verbum Dei per regnum Bohemiæ libere a ſacerdotibus domini prædicetur. Ad iſtum articulum ſic ſummarie reſpondemus. ergo ſi per libere prædicare intelligatur, quòd omnes ſacerdotes poſſent indifferenter exercere officium prædicationis,etiam non miſsi per ſuos ſuperiores, tunc hoc eſſet turbare totum ſtatum eccleſiæ:quia quilibet

libet posset præsumere se sufficientē, & idoneū ad hoc faciendū,& posset præsumere,quòd prædicet sanam doctrinā.Si autem intelligatur, quòd sacerdotes missi per eos ad quos spectat, qui habent vigilare tanquam boni pastores,nę tales sub specie ouina sint lupi rapaces destruentes sibi gregem commissum: tūc non solum volumus,quòd verbum Dei libere prædicetur in Bohemia, sed etiam per totum mundum. Et in isto intellectu concordauerunt nobiscum. Verum est,quòd ipsi prædicauerunt non missi: immo etiam contra voluntatem suorum superiorum. Secundus articulus,quòd dominium seculare cum superbia, & diuitiis temporalibus,quod clerus occupat ab eo auferatur. Ad istum articulū respondemus,quòd si ipsi intelligant, quod clerus non debet habere nec possidere temporalia, nos non sumus cum ipsis:quia in hoc condemnant sanctos, quia talia possiderunt. Sed si intelligunt,quòd inordinationes fastus,vel superbiæ,quæ sunt circa clerum rite,& debite reformentur per illos ad quos pertinet,videlicet prælatos,& generalia Concilia, bene placet nobis,& super hoc fuit iam materia mota in Concilio Constantiensi, & aliqua fuerunt reformata. Et ad istum intellectum concordabāt nobiscum,quia contrarium facere,vt dicebamus, potius foret deformare,quam reformare, si ad arbitrium vniuscuiusque talia liceret occupare. Tertius articulus est,omnia peccata mortalia, aliæq;
de-

deordinationes legi Dei contrariæ prohibeātur, & deſtruantur. Ad iſtum articulum reſpōdemus, quòd aliqua peccata permittūtur in re publica, vt grauiora tollantur: tamen bene volumus, quòd inquantum fragilitas humana permittit, peccata mortalia rite, & rationabiliter in quolibet ſtatu per eos ad quos ſpectat tollantur, & deſtruantur. Aliàs ſi liceret cuilibet peccata indifferenter corrigere, tunc ceſſaret iuſtitia publica, & humana participatio, & quilibet eſſet iudex conſtitutus alterius, contra apoſtolum Petrum. Omnis anima ſit ſubiecta ſublimioribus poteſtatibus. Et cum his circunſtantiis breuiter, & ſummarie adiectis niſi aliud haberent in corde nobiſcum publice cōfitebantur eſſe concordes. Quartus articulus, quòd ſacramentum euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie omnibus Chriſti fidelibus ad hoc rite diſpoſitis libere miniſtretur. Reſpondemus, quòd ſi intelligatur, quòd hoc ſacramentum ſic ſumere, ſit de neceſsitate ſalutis, ſine quo nemo poteſt ſaluari, nos non ſumus cum eis, neque eccleſia Dei, & in hoc remanſimus diſcordes, quia communicare hoc ſacramentum poteſt bene, & male fieri, vt dicit Auguſtinus, & ſic receſsimus abinuicem. Hæc ibi. Et tantum de prima parte huius partis principalis, &c.

IN ſecunda parte huius quartæ partis principalis, iam conſequenter adducendæ, & exponendæ ſunt auctoritates Canonis, Bibliæ, quas aduerſarii

uersarii pro suo palliãdo errore allegant,& allega uerunt. Primo enim adducunt illud 26. Matth. Cenantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit,& fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite,& comedite,hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis noui testamenti,qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum Idem habetur Matth.14. Et Luc.22. vbi etiam additur,hoc facite in meã cõmemorationẽ. & in eo,quòd dominus dicit,hoc facite in meã cõmemorationẽ,præcepit apostolis sic cõicare,secundum intentionem Gloss.interlinearis, dicentis: Accipite,& date aliis in meam commemorationem. Ex quibus dictis eliciunt aduersarii necessitatem communicationis laicalis, sub vtraque specie, dicẽtes illam dominũ inuenerabiliter præcepisse. Vbi sciendum est,quòd in hac auctoritate tangitur institutio sacramenti eucharistiæ post conuiuium legale. Vnde venerabilis Beda, tractans illud Marc.14. Et manducantibus illis accepit Iesus panem,&c. dicit finitis Paschæ veteris solemniis,trãsiit ad nouũ,vt scilicet pro carne agni ac sanguine sui corporis sanguinisq; sacramentum substitueret, vt ipsum se esse mõstraret, cui iurat dominus,Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hæc ille. Sunt autem plures causæ huius institutionis. primo in recordatione dominicæ passionis,vt per hoc dominus

minus recordatus illius,& ex dilectione in proximum,dederit se suis in cibum ad comedendũ. Sũmus enim & maximus amor est dare seipsum in cibum. Nam in aliis prædictis est donum in aliqua diuisione, & separatione, ab illo cui datur. Diuisio enim est inter socium & socium, & inter magistrum & discipulum. Inter exemplar, & exemplatum, inter pretium & pretio emptũ. Sed cibus datur nõ ad separationẽ, sed ad vnionem,seu ad vnitatem. nam ex cibo & cibato efficitur vnum:& inde est,quòd amantes volentes exprimere affectum amoris,quẽ habent in mente erga aliquem,non satis exprimunt,cum dicũt Ego darem,vel facerem,vel sustinerem talia pro illo. Sed cum aliquis tantum diligit, quòd dicit, Ego darem ei ad comedendum de carne mea & sanguine,ibi esset expresio intentisimi amoris. Sic ergo cum dominus dedit se nobis in sua incarnatione, tunc factus est Deus homo. Sed in hoc sacramento homo efficitur deiformis, quia comedens mutatur quodammodo in cibum, scilicet homo in Christum,secũdum quod dictum est de beato Augustino 7. cõfessionum cap. 10. Non tu me mutabis in te, sicut cibũ carnis tuæ: Sed tu mutaberis in me. Secũdo institutũ est hoc venerabile sacramentum in robur confirmationis spiritualis: Nam sicut panis materialis cõfirmat,& confortat corpus: sic iste panis viuus, qui de cœlo descendit,confortat animam. Tertio, vt per cibum suæ carnis ad gustum æternæ

 diuini-

diuinitatis inuitaret, de quo venerabilis Hugo sic dicit: Sapientia increata, quæ se per visibilia manifestat, voluit ostendere, quomodo animarum cibus, & refectio est. Et ideo assumptam carnem nobis in edulium proposuit in sacramẽto, vt per cibum carnis ad gustum nos mutaret diuinitatis. per corpus enim Christi in sacramento sensus quodam signo sensibili detinetur, & fouetur, intellectus lumine fidei confortatur, caritate voluntas inflammatur, & sic quodammodo per ipsum tanquàm per ostium, & viam ad gustum suæ diuinitatis peruenitur. Hæc ille. &c. Quarto institutum est hoc sacramentum in viaticum præsentis peregrinationis, quod figuratum fuit in pane, quo refectus Helias ambulauit vsque ad montem Dei Oreb, vt habetur 4. Reg. Quinto in remediũ, & satisfactionem pro peccatis. Christus enim assumpsit in se pœnitentiam pro omnibus, vt daret gloriam vniuersis. Vnde Chrysostomus in quadam Omelia, Sanguis agni effusus est in Aegypto pro salute primogenitorum: hic aũt in remissionem peccatorũ vniuersi orbis terrarum. Sexto, & vltimo institutũ est hoc sacrm in pignus, & arram ad accipiendum æternã hæreditatem, Matth. vlt. Ecce vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationẽ sæculi. quod exponit beatus Aug. in lib. 83. Quæst. q. 2. Ad literam de reali, & vera pœnitẽtia Christi in ecclesia per eucharistiæ sacramentũ, s. sub speciebus panis, & vini. Cõgruũ aũt est, Christum nobiscũ esse sub

tali sensibili signo. Primo, quod magis excitetur quilibet ad reuerentiam, & deuotionem ad Christū. quod de facto patet per hoc, quòd quasi omnis deuotio in ecclesia est in ordine ad illud sacramentum: propter hoc enim clerus in ecclesia cum maiori reuerentia persoluit diuinū officiū in Missa: ꝓpter hoc etiā populus deuotius audit Missam quàm aliquod aliud ecclesiasticū officiū. propter hoc etiam singuli confitentur cū maiori attētione, quando secundū præceptum ecclesiæ semel in anno volunt cōicare. Secundo congruū fuit vt signum sensibile, sub quo Deus voluit se nobis dare, haberet ordinē ad aliqua verba a ministro excellēti, scilicet sacerdote ecclesiæ Dei proferenda: quia aliter nesciremus, quando sub tali signo esset Christus, & periret reuerētia debita, & deuotio ad illud sacramentum. Congruissime ergo Christus est, & erit cū sua ecclesia vsq; ad consummationē seculi, vt simul idē Christus in cœlis, & in terris adoretur ab hominibus, qui se totaliter obtulit pro redemptione, & salute ipsorū, & dedit se eis tanquàm arram, & pignus hæreditatis æternæ. Et ideo sancta canit ecclesia: Mens impletur gratia, Et futuræ gloriæ nobis pignus datur. Ecce eucharistia est pignus futuræ gloriæ, & æternæ patriæ. Rationabiliter ergo hoc sacramentum propter causas iam dictas, est institutū. Et hoc patet ad auctoritatē Matt. Mar. & Luc. præallegatā. Ex ipsa. n. habetur, quòd dñs hoc sacrm instituit, & quòd sub vtraq; specie sumendum

mendũ suis discipulis tradidit. Sed non habetur exempla, quòd omnibus posteris, & præsertim non significantibus legem imposuerit ipsum sub vtraq; specie sumendi. Nam sicut patet ex sexto notabili, Dominus, & saluator noster hoc sacramentum in vltima cœna instituendo essentialia cõsecrationis spiritus sic inuariabiliter determinat, quòd ecclesia ea mutare non potest, vt concorditer loquuntur doctores. & hoc vult auctoritas præallegata. Accidentalia tamen omnia dimisit in potestate ecclesiæ, vt circa ista ordinaret, prout ei spiritus sanctus rationem eiusdem ecclesiæ pro tempore inspiraret, quod est factũ Christus enim post cœnam non ieiunus confecit, & illo modo discipulis tradidit. ecclesia autẽ statuit, vt inantea non ieiunis non reciperetur, certis casibus demptis, de quibus statim infra dicetur. Vnde beatus Augustinus ad inquisitiones Ianuarii dicit, & habetur in Glo. prima ad Cor. 11. Complacuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani dominicũ corpus intraret, quàm cæteri cibi. Igitur mos ille vbique seruatur, & allegatur. de consec. di. 2. liquido. Et sicut dominus instituendo hoc sacramentum, confecit illud in azimo, & apostoli in ecclesia primitiua sic confecerunt. Ecclesia tamẽ propter certa motiua, illum morem ad aliquod tempus suspendit, & in fermentato confecit. postea ad pristinum modum reuertẽdo, vt tactum est in notabili 6. & si sic, non videtur assignabilis

lis eſſe ratio, quare potius potuit vnum facere, quàm aliud, cum ſicut iſta non ſunt de eſſentia ſacramenti, aut eius conſecrationis, ſic nec illud: & ſicut miniſtratio ſub vtraque ſpecie fuit obſeruata, ſic conſecratio in azimo, & ſumptio poſt cibum, quæ tamen eccleſia rationabiliter poſterius immutauit, vt vidētur aduerſarii nobiſcum ſentire. Et quando vlterius arguitur in eo, quod dominus dicit, hoc facite, præcepit apoſtolis ſic communicare. Ibi dico, quòd in cœna Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum conſecrauit, & hoc apoſtolis faciendis commendat dicens, hoc facite, ideſt conficite, vel conſecrate in meam com memorationem, vt exponũt Scotus, Guilielmus de monte Lauduno, & dominus Ioan. Andreas, & beatus Ambroſius ſuper epiſtolã ad Hebr. 11. & habetur de conſecrat. diſt. 2. In Chriſto, in fine dicit: Quod nos facimus ſemper conſecrando in commemorationem fit eius quod factum eſt: hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. vbi dicit Glo. Per hæc verba, hoc facite &c. dominus apoſtolos ſacerdotes, & epiſcopos ordinauit. Et idem dicit Glo. 21. diſt. In nouo teſtamento, ſuper verbo pari conſortio. Et Archidiaconus ibidem. Et ita patet, quòd dominus ſacramẽtum ordinis per illa verba inſtituit, pro quo aduertendum ſicut dicũt doctores. Ordo ſacerdotalis habet duplicem poteſtatem: Vnam ligandi, & ſoluendi, & hanc tradidit Chriſtus ſacerdotibus, quando ſacramentũ pœniten-

tiæ instituit, dicens: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, Ioan. 20. Aliam consecrandi, quam tribuit, cum sacramentum eucharistiæ instituit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem &c. Et sic saluator instituit hæc duo sacramenta, scilicet pœnitentiæ, & eucharistiæ, cum illis sacramentum ordinis instituit. Ex quibus patet, quòd per illa verba, Christus non præcipit apostolis principaliter cõicare. Sed principalius venerabile sacramentũ eucharistiæ conficere, & consecrare ad honorẽ Dei in memoriã passionis Christi. Sed ad glosam allegatã dico, quòd debet sic intelligi: Accipite vos. s. duodecim apostoli sub duplici specie, & post vos alii sacrificantes, & date aliis suo modo, quo ecclesia facit. Sed quia illa iã sub vna specie dat, ergo &c. & hoc in meã, idest passionis meæ commemorationem. Super quo verbo dicit beatus Basil. Disce autem quo pacto doceat edere corpus Christi in memoriam, scilicet obedientiæ Christi vsq; ad mortem. hæc ille. Concordat Lyra dicens, hoc facite in meam cõmemoratione, quia eucharistiæ consecratio est quædã dominicæ passionis rememoratio: & propter hoc separatum corpus consecratur a sanguine, quia in passione sanguis fuit separatus a corpore. hæc ille. Et quia dictũ est, quòd hoc sacramentum a solis ieiunis est sumendum, demptis certis casibus: Ideo dubitatur, an sine peccato hoc sacramentum a non ieiunis possit quandoq;

sumi

sumi. Pro quo sciendum, quòd duplex est ieiunium; quoddam naturæ, & quoddam ecclesiæ. Ieiunium naturæ est carentia cibi, quo quis ieiunus dicitur ante cibum sumptum illo die, etiam si pluries postea eodem die esset comesturus. vnde hoc dicitur ieiunuim ex priuatione cibi prius præassumpti. vel secundum Petrum de Tarentasia, ieiunuim naturæ est, quòd importat priuationem cuiuscunq; præassumpti per modū cibi, vel potus, siue ipsum nutriat, siue non, aut per se, aut cum aliis, dummodo sumatur per modum cibi, vel potus. Ex quo sequitur, quòd quælibet cibi corporalis, & exterioris sumptio, hoc ieiuniū tollit, nec solum cibi sumptio: Sed etiā potus qualiscunq; tollit hoc ieiuniū, vt dicūt sanctus Thomas, & Petrus de Palude. Secūdo sequitur, quòd ea, quæ interius gerūtur, sine exterioris cibi sumptione, nòn soluunt ieiunium naturæ, vt deglutio saliuæ, vel casualis deglutitio reliquiarum inter dentes remanentium. Incipit autem hoc ieiunium naturæ a media nocte, scilicet quando homo illa die nihil cibi, vel potus sumpsit ex intentione a media nocte. Sed ieiunium ecclesiæ secundum sanctum Thomam dicitur, quo quis dicitur ieiunus secundum modum ab ecclesia institutum, quo ad carnis afflictionem, & hoc ieiunium manet post vnicam comestionem ordinatam secundum morem ecclesiæ, nec soluitur nisi per secundā sumptionem illorum, quæ in cibum, & refectionem secundum se consueuerunt

assumi. Ex quo sequitur, quòd sumptionem medicinalium, vel eorum, quæ propter alios cibos accipi consueuerunt, vel digerendos, sicut species, vel electuaria, vel deducendos per membra, sicut potus saltem post prandium, secũdum Scotum, hoc ieiunium nõ soluitur, nisi ad crapulam & ad fraudem statuti ecclesiæ sumerentur, & hæc sunt de mente sancti Thomæ, & Petri de Palude. Quibus præmissis dicitur, Quamuis Christus post cœnam dederit discipulis suis sacramentum eucharistiæ, tamen non recipitur nisi a ieiunis ieiuniũ, naturæ est sumendum sacramentaliter, licet in aliquibus casibus sumere possunt etiam non ieiuni. Prima pars patet ex euangeliis Matth. 26. Marc. 19. Luc. 22. vbi habetur, quòd post esum agni paschalis typici Christus instituit hoc sacramentum in eo, quòd dedit discipulis corpus suum ad manducandum, & sanguinem ad bibendum. Et hoc tunc fuit rationabile propter aliquas causas prima, quia ibi debuit inchoari veritas vbi cessauit. Secunda autem huius sacramenti figura fuit immolatio agni paschalis, quæ inter cætera sacrificia veteris legis facit sacrificium magis principale. Et ideo post illius agni esum Christus rationabiliter instituit hoc sacramentum, & suis discipulis dedit ipse. Secundo, vt ex loco institutionis Christus iret ad passionem, cuius memoriale est hoc sacramentum: ipsum enim est reputatiuũ dominicæ passionis, igitur conuenienter passione imminente institu

tum

tum,ſed illa poſt cœnam imminebat. Tertio, vt per hoc ſacramentum inſtante hora paſsionis, & mortis ſuæ vltimum cōderet teſtamentum,de quo Innocentius Ecius in ſumma ſua de officio Miſſæ lib.4. cap.26. ſic ait. Ob id etiam corpus ſuum,& ſanguinem Chriſti poſt cœnam, dedit apoſtolis,vt hoc ſacramentum velut vltimum teſtatoris mandatum arctius memoriæ commendaret. Vnde nouiſsimum condens hæredibus teſtamentū,inquit,vos eſtis,qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater regnū, vt edatis,& bibatis ſupra menſam meam in regno meo.Luc. 22. Quarto, vt hoc firmius maneret impreſſum cordibusdiſcipulorum, quod vltimo eis tradebatur. Illud enim magis memoriæ commendatur, & firmius tenetur, quòd vltimo & in vltimo receſſu amico traditur, eo quòd tunc magis affectus amicorum adinuicem, & inflammātur.Sed illa ad quæ magis afficimur profundius omnino imprimuntur.Sed in ſacrificiis nihil poteſt eſſe maius,quàm corpus, & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt.Sed hæc omnes præcellit, vt dicit Alexander Papa. Et habetur de conſecrat.diſtinc. 2. Nihil. Quinto ad perfectionem hominum exigebatur, vt caput,ſcilicet Chriſtus eis realiter coniungeretur,& ideo quandiu cum hominibus conuerſatus eſt in propria ſpecie, non oportebat hoc ſacramentum inſtitui, ſed quando eius corporali præſen-

præsentia destituenda erat ecclesia : & hoc erat in vltima cœna, vel cito post. Vnde Eusebius Emissenus hanc rationem tangens, dicit: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis hominum, & illaturus sideribus, necesse erat, vt die cœnæ sacramentum nobis corporis, & sanguinis consecraret, vt toleretur iugiter per mysterium, quòd semel offerebatur in precium: hæc ille. & allegatur per Magistrum in 4. distinct. 8. cap. 2. Sexta ratio, Christus quandiu in mundo conuersatus est, figuras legis obseruare voluit: factus est enim sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt dicit Apostolus ad Gal. 4. Et quia veniente veritate cessat figura: Ideo congrue institutum est hoc sacramentum, Christo per mortem abscedente, quando legis veteris figuræ erât terminandæ. sed hoc fuit in cœna. igitur &c.

Secunda pars propositionis patet per auctoritatem beati Aug. ad inquisitionem Ianuarii prius allegatam, vt habetur de conse. dist. 2. liquido. Et ibidem dicit Aug. non quia post cibos dominus dedit eucharistiam discipulis, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud sacramentũ accipiendum venire debent, vt faciebant illi, quos Apost. redarguit. 1. ad Cor. 11. Et subdit causam quare Christus hoc tunc fecit, dicens: Nam Saluator, (quo vehemẽtius commẽdaret ministerii huius altitudinem) vltimum voluit hoc infigere cordibus discipulorum. quo autem ordine deinceps sumeretur apostolis, per quos ecclesiam disposi

turus

turus erat,reſeruauit docendum. Et allegat hoc idem Magiſter in 4.diſt.8. cap.4. Quod autem regulariter a ieiunis ſumi debet euchariſtia, ratio eſt inſtitutio diuina, quam vel Chriſtus diſcipulis,vel per ipſos promulgauit,vel eis inſtituendam reliquit. Fuit autem hæc inſtitutio facta ex rationali congruentia,quia congruũ eſt propter reuerentiam tanti ſacramenti, vt os Chriſtiani, quo ſumendum eſt,non ſit alio cibo prius imbutum: ſed quaſi nouum, & purum ad eius perceptionem ſeruetur, vt dicit ſanctus Thomas ex verbis beati Auguſtini. Secundo congruum eſt ideo, quia prius quærendus eſt cibus ſpiritualis, quàm corporalis. Tertio,propter deuotionem, quæ exigitur ex parte recipientis, quæ ex cibis impediri poſſet. Regulariter enim minor eſt deuotio, & diſcretio in pranſo, quàm in ieiuno. Quarto, propter periculum vomitus, vel alterius periculi ex cibo prouenientis. Quinto propter ſignificationẽ,vt detur intelligi,quod Chriſtus res ſacramenti, & etiam charitas eius deberet fundari in cordibus noſtris. Iuxta illud Matthæ.6. Quærite primum regnum Dei,& iuſtitiã eius. Et idem dicit Magiſt.4.diſt.8. Ex iſta parte propoſitionis ſequitur primo,quòd quantalibet cibi,vel potus ab exteriori ſumptio,quocunque etiã fine fiat,impedit dignã euchariſtiæ ſumptionẽ,extra tamẽ caſus in tertia parte propoſitionis dicẽdos:patet,quia ſoluit ieiuniũ naturæ, dũmodo traiiciatur in ventrem vel ſtomachũ. Secũdo

ſequitur

ſequitur, quòd ſumptio medicinæ, vel cuiuſcũq; alterius cibi non impedientis: ſed magis promouentis vſum rationis impedit ſumptionem ſacramenti. patet per primas duas congruentias præmiſſas, & etiam quia legislator nõ poteſt ad omnes euentus particulares reſpicere, non attendit ea, quæ vt plurimum accidunt. 5. Ethicorum. Ideo ſtatuit legem vniuerſalem: & quia, vt frequenter per cibum turbatur hominis diſcretio, & ſobrietas, quæ præcipue in hoc ſacramento exigitur: Ideo vniuerſaliter prohibitum eſt, & ſtatutum poſt cibum nõ ſumi corpus Chriſti. etiam quia medicina, ſeu ſumptio eius tollit ieiunium naturæ, immutat ſtomachum, & quandoque prouocat vomitum, vt dicit Petrus de Tarentaſia. Ex quo patet errare dicentes, ſacerdotem licite poſt ſumptionem medicinæ eodem die poſſe celebrare. Tertio ſequitur, quòd ſumptio ſalis benedicti impedit huius ſacramenti dignam ſumptionem. Quarto ſequitur, quòd deglutio ſaliuæ vel reliquiarum cibi, vel aquæ remanentis poſt lotionem oris, vel dentium non impedit huius ſacramenti ſumptionem. Illud enim non ſoluit ieiunium naturæ, vt prius dictum eſt, dummodo tamen non fiat a propoſito. Etiam patet per Richardum dicentem, Si presbyter ante miſſam os ſuum propter ſacramenti reuerentiam aqua lauet, & aliqua gutta caſu ſtomachum intret, non propter hoc tenetur miſſam dimittere, maxime in die ſolemni, quia hoc non videtur impedire

dignam

dignam præparationem presbyteri, neque reuerentiam ſacramenti. Et ideò dicit Hoſti.& plures alii doctores. ſecus ſi illam guttam ex propoſito deglutiret. Hæc ille. Quinto ſequitur, quòd bibens, vel modicum comedens ante mediam noctem, etiam poſt matutinas in ſero dictas, propter hoc non tenetur a communione, vel celebratione a die ſequenti abſtinere. patet quia dies nõ incipit ab officio matutino: ſed a media nocte: tamen nõ decet multum bibere poſt matutinas, & minus decet comedere, vt dicit Petrus de Palude. Sexto ſequitur, quòd recipiens medicinam ante mediam noctem, vel comedens, vel bibens, non tamen ex poſt dormiens licite poteſt cæteris paribus ſequenti die communicare, vel miſſam celebrare: patet ſecundum Petrum de Palude, quia dormitio nihil facit ad communionem. Multi enim ducunt noctes inſomnes, quia non poſſunt dormire, vel orare, vel propter alias cauſas rationales. nec obſtat illud, quod dicitur de accuſationib. cap. Si cõſtiterit. vbi habetur, quòd presbyter ebrioſus, qui non præmiſſa digeſtione miſſam celebrarit, beneficio ſuo priuatus fuit, quia miratur de illo presbytero, qui in taberna vbi cõtinue vinum apponitur, tota nocte pernoctauit ſine ſomno. Et ſic veriſimile eſt, quòd poſt mediam noctem bibit. quare ſi celebret die ſequenti, priuatur eccleſia ſua, quaſi non ieiunus celebrarit, & hoc præſumptione iuris, cui ſtatur quando contrarium nõ probatur. Et dato, quòd

ieiun

ieiunus mansisset post mediam noctem, tamen celebrare post ...itam deordinationem,& dissolutionem statim fuit magnæ irreuerentiæ, & indeuotionis, propter hoc meruit priuari. Septimo sequitur, quòd celebrans, seu eucharistiam sumens extra casum necessitatis in nocte Christi ante mediā noctem grauiter peccat. patet, quòd talis celebrat, vel sumit non ieiunus naturæ. ergo &c. Tertia pars patet, quia hoc sacramentum in tribus casibus potest a non ieiuno percipi. Primus est, quando de propinquo imminet periculum mortis, vel phrænesis, vel alterius infirmitatis, impediens sumptionem huius sacramenti, tunc ne contingat talem decedere sine viatico, dandum est sibi illud sacramentum licet pranso: dummodo tamen fideliter appetat. tali enim denegare esset periculosum. dādum est ergo ei, qui proficiscitur de mundo, vt per ipsum tunc ducatur ad terminū. Secundus casus est, posito quod sacerdos cum deberet sanguinem sumere in altari inueniat solam aquam in calice, nec hoc percipiat, donec aquam degluriat, vel saltem deglutire oportet, puta quia habet eam in ore, & quia tetigit corpus Christi, vel reliquias eius: tūc enim non licet illam aquam de ore reiicere. Sumpta igitur illa aqua sacerdos non est ieiunus ieiunio naturæ, vt notum est, & tamen ipse ex statuto ecclesiæ tenetur sanguinem consecrare, & sumere antequàm Missam finiat, vt patet de consec. dist. 2. Ex concilio Toletano cap. Relatum, vbi dicitur:

Certum

Certū est, quòd qui sacrificantes non edunt, rei sunt dominici sacramenti. & sequitur: Talis a cōmunione vno anno se cognoscat repulsum. Et subditur ibidem: Omnibus ergo modis tenendū est, vt quotiescunque sacrificans corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi in altari immolat, totiens perceptionis corporis, & sanguinis participem se præbeat. Et ibidem cap. Comperimus, de sacerdotibus conficientibus, dicit Gelasius Papa, quòd quidam sumpta tantummodo corporis Christi portione a calice sacramēti cruoris abstinent. Et subditur, aut integra sacramenta recipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio vnius eiusdem mysterii sine grandi sacrilegio non potest peruenire. Isto ergo necessario tenetur ex institutione Christi propter integritatem sacramenti sanguinem cōficere. Et ex strictissimo p̄cepto ecclesiæ sub pœna repulsæ vno anno a communione consecratum recipere. Et si dicitur ex mandato ecclesiæ nullus debet reddi perplexus, ita quòd non posset vitare peccatū mortale. Sed sic esset in ꝓposito: quia si cōsecrat sanguinem, & sumit eum, tūc peccat mortaliter, quia cōtra mandatum de ieiuno. Si autem nō cōsecrat, vel consecratum non sumit, peccat cōtra statutū ecclesiæ, & sacrilegiū cōmittit. R̄ndetur, quòd talis sacerdos nō est ꝑplexus, quia duobus mādatis simul cōcurrentibus, quorum vnū præcipitur strictius altero, si nequaq̄ poterunt simul obseruari, tunc non peccatur, si dimittitur minus

stricte

strictè præceptum propter obseruantiam illius, quod magis strictè præcipitur, vel dinoscitur esse præceptum. Modo magis strictè videtur esse prohibitum sacerdotem celebrantem sumere corpus Christi sine sanguinis, susceptione, & confectione, sub proprio signo, seu specie, quam quam sumat sanguinem non ieiunus: quia primum est graue sacrilegium, secundum autē non. nec in isto casu ecclesia voluit illū ligare ad hoc secundum præceptum, sed magis ad oppositum. Sed diceres, Si talis scādalizat populum, videtur mortaliter peccare, iuxta dictum Saluatoris, væ homini, per quem scandalum venit. Sed si reincipiat Canonem de nouo consecrando sanguinem, scandalizat populum fidelem, finem Missæ expectantem. Respondetur, quòd populus nequaquam de hoc debet scandalizari; quia non habet iudicare de hoc, quòd sacerdos aliquandò diutius moram trahat in canone: quia hoc quandoque ex diuina inspiratione, & singulari deuotione prouenire potest. Aliter dicitur secūdum Thomam de Argentina, Scotum, & cōmuniter Modernos, quòd sacerdos si caute vult agere, potest a scandalo cauere: non enim est necesse legere totumCanonē ab isto loco, simili modo vsq; ad finē. Ideo agilis, & prudens sacerdos, ad hoc, quod non contingat scandalum, potest accedere ad cornu altaris, & recipere vinum, & quasi ad ablutionē calicis, & parū de aqua, si nil manserit in calice, & cum reuerentia redire ad medium altaris,

taris,

taris,& dicere verba Canonis ab iſta parte.Simi li modo,vſque ad illam partem , vnde & memo res.Et ſic conſecratione facta ponat calicem ſu per altare,& immediate reſumat eum , dicens: Sanguis domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Et ſic ſumpto ſanguine,procedat ad finem Miſſæ mo do cõſueto,& hoc totum in breui tempore po teſt ſic fieri,quòd non percipiatur a populo. Si tamen populus ſcandalizaretur,hoc eſſet ſcanda lum Phariſæorum receptum, & non datum , & propter hoc non eſt dimittendum. Tertius ca-ſus eſt,nam ſæpius contingit in communicatio ne laicorum , ſacramentum adhærere palato , etiam poſt binam , vel trinam ablutionis ſum-ptionem. Et quando hoc contingit,tunc talis laicus non ieiunus ieiunio naturæ ſumit ſacra-mentum euchariſtiæ. Etiam in die paraſceues particula poſita in calice,percipitur a ſacerdo-te cum vino non conſecrato, quia iſto die non conſecratur calix,nec a die præcedenti conſe-cratus reſeruatur,ſicut corpus,& veriſimile eſt, quòd vinum citius deſcendit in ventrem,ſeu ſto machum,quàm illa particula:ergo ex conſuetu-dine eccleſiæ ſacerdos percipit ibi euchariſtiam non ieiunus. Ex quo ſequitur, quòd vinum in calice illo die per contactum hoſtiæ non conſe cratur in Chriſti ſanguinem. Hæc dicit beatus Thomas parte tertia , & rationale diuinorum officiorum.& patet ſic,quia conſecratio fit per certa verba ad hoc a Chriſto inſtituta , quæ ibi

non proferuntur,etiam si vinum ex contactu hostiæ consecraretur, sequitur, quòd nunquàm posset sumi ablutio sine sacramento sanguinis, quod omnino falsum est. probatur tamen consequentia,quia semper aliquis humor vini consecrati,quantumcunq; modicus adhæret calici, & sic dum infunderetur vinum non consecratum ex contactu vini prius in calice existentis consecrati per aduersarium consecraretur, & iterum alius liquor, & sic in infinitum. Item si sic,tunc mille hostiæ consecrarentur ad cõtactum vnius contacti consecrati, quòd nullus sanæ mentis dicit. Secundo sequitur,quòd per orationem dominicam illo die non fit consecratio illius vini, sicut quidam opinati sunt: patet,quia illa oratio non est de forma consecrationis,ergo &c. Etiam si sic,tunc illo die licite posset fieri consecratio, cuius oppositum seruat ecclesia, & etiam est extra decretum Innocentii Papæ. Tertio sequitur, quòd adorantes, & sumentes illum liquorem Christi committunt idolatriam,& grauiter peccant: patet,quia nemo sumit corpus Christi sacramentaliter,nisi prius adoret, vt dicit Augustinus super psal. 27. & habetur de consecr. dist. 2. Accesserũt. Quarto,sequitur,quòd hoc notabile breuiarii rubricæ ecclesiæ Misnensis in die parasceues. Sanctificatur autem vinum non consecratum per corpus domini, non debet sic intelligi, quòd vinum ex contactu corporis Christi sanctificatur, & consecratur in sanguinem Christi.

patet

patet ex prædictis. Etiam quia aliud eſt conſecrare, aliud ſanctificare. Conſecrare enim eſt naturá mutare. Vnde quando panis in corpus Chriſti conſecratur, eius natura mutatur. Sed per ſanctificationem non aufertur natura, vt dicit Guilielmus in rationali. Sed quæreret aliquis quid deſignat intinctio hoſtiæ in vinum non conſecratum? Reſpondetur, per hoc ſignificatur, quòd corpus eo die totũ immerſum erat aquis tribulationis, vt figuratum fuit Ionæ 1. vbi dicitur: Tollite, & dimittite me in mare. Vnde & in perſona Chriſti dicit Propheta: Saluum me fac Deus, intrauerunt aquæ &c. Secundo, per hoc deſignatur, quòd Chriſtus illo die totaliter ſuo ſanguine fuit immerſus, & eo madefactus.

SECVNDO adducunt aduerſarii illud Matthæ. 26. Bibite ex hoc omnes: vbi Chriſtus ſecundum hæreticos, & aduerſarios noſtros, omnes fideles præſentes, & futuros vtriuſque ſexus videtur denotare, & communicationẽ enim vtriuſque ſpeciei ſacramentalem omnibus imperare per verbum imperatiui modi: quia qui dicit omnes, neminem excipit. de maioritate, & obedientia, ſolite in gloſ. 29. diſtinct. Si Romanum. Reſpondetur, quòd Chriſtus in cœna duodecim ſuis apoſtolis dedit hoc venerabile ſacramentum ſub duplici ſpecie. Lucæ 22. dicitur: Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & cum eo duodecim apoſtoli eius. Et ergo Chriſtus

loquebatur hæc verba, non ad omnes homines tunc existentes, nec ad futuros, sed ad præsentes, scilicet duodecim apostolos, & dixit omnes, ne Iudam suum traditorem videretur excludere. Et quòd hoc sit verum, patet, quia dominus loquebatur per verbum præsentis temporis, non ampliatum ad futurum, scilicet bibite. & non loquebatur per verbum futuri temporis bibetis. cum ergo omnes duodecim bibissent, Marc.14.cap.euangelii sui. Et biberunt ex eo omnes, quia aliàs falsum diceret, si de futuris & omnibus tunc existentibus dictum Marci intelligi deberet: quia non omnes futuri tunc existebant, nec omnes tunc existentes cum Christo cœnabant, sed duodecim discipuli, vt conformiter dicunt tres euãgelistæ. Vel potest dici, quòd litera præceptiue, & vniuersaliter debet intelligi de bibitione spirituali, & mystica sanctæ rei huius sacramenti, & non de bibitione sacramentali, vel etiam mystica primæ rei, idest veri sanguinis domini nostri Iesu Christi.

TERTIO adducunt illud Lucæ.22. Accipite, & diuidite inter vos. vbi Christus significat calicẽ diuidi inter oẽs fideles futuros, quorũ typum, & figuram, tunc discipuli gesserunt &c. Respõdetur, quòd hæc uerba secundũ glo. Bedæ dicta sunt, quando Christus comedebat agnum, & celebrabat pascha vetus. Ideo illa verba pertinent ad calicem veterem, qui recipit diuisionem

nem ſubſtantialem non ad nouum, qui tantum recipit diuiſionem accidētalem, ſcilicet quo ad ſpecies exteriores. Calicem enim veterem iuſsit accipere. ſed nouum manu propria ſingulis tribuit apoſtolis, quem poſtea inſtituit, vt dicitur Lucæ 22. & hæc verba, Accipite, & diuidite inter vos, loquebatur illis duodecim apoſtolis præſentibus, eo quòd illi calicem illum inter ſe diuidebant. nec eſt verum, quòd apoſtoli tunc typum omnium fidelium geſſerunt. ſed ſolum geſſerunt typum ſacerdotum maiorum, ſeu epiſcoporum, ut poſtea latius dicetur. Sed diceres, ueritate præſente debet umbra ceſſare, ſicut quando lux uenit tenebræ cedunt. ergo cum ipſe Chriſtus, qui eſt ueritas, fuit tunc præſens, uidetur quòd non debuit uti calice ueteri, nec agno paſchali, quæ per ipſum figurabant, & per conſequens per calicem non debet intelligi uetus, cuius contrarium eſt dictum. Reſpondetur, aliqui propter hoc dicunt, quòd Chriſtus bis ſanguinem conſecrauit. ſed hoc falſum eſt, ut patet ex dictis Venerabilis Bedæ. Ad rationem dicitur, quòd immolatio agni paſchalis, & diuiſio calicis ueteris teſtamenti figurabant, & ſignificabant non Chriſtum ſecundum ſe, ſed eius paſſionem, quæ nondum erat præſens, ſed in craſtinum futura. Sed circa hoc occurrit dubium, quare Chriſtus uoluit celebrare uetus paſcha. Reſpondetur, quòd hoc fecit multiplici de cauſa. Primo, propter legis ueteris tunc adhuc duran-

tis impletionem, ne Iudæos scandalizaret. Scriptum enim Num. 9. cap. Omnis anima, quæ non fecerit phase peribit de populo suo. Secũdo, propter legis veteris approbationem pro tempore suo contra hæreticos, qui dicturi erant ipsam legem non fuisse datam a Deo, immo aliqui hæretici dixerũt nouam legem esse datam a Deo, sed veterem a diabolo. Tertio, propter sacramentorum legalium terminationẽ, quia finis legis Christus. Ad Rom. 10. Et nouorum sacramentorum institutionem. Quarto, ad ostẽdendum amorem suum tenerrimum, quem habebat ad discipulos, cum in fine ante suam passionem illud legale pascha cum magno amore, & desiderio voluit comedere. Vnde dixit: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, ante quàm patiar. Lucæ 22. & Io. 13. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos.

QVARTO adducunt illud, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ non habebitis vitam in vobis. Vbi Christus manifeste videtur præcipere, & obligare quemlibet fidelem sub pœna perditionis vitæ æternæ ad perceptionem huius sacramenti sub duplici specie. Vbi etiam glo. interlinearis dicit, Vsque modo non fecit mentionem de comestione sacramenti altari, & si ignoretis quis sit modus dandi, vel manducandi: tamen nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem

guinem, non habebitis vitam in vobis. Et super verba: Qui manducat meam carnem, &c. dicit glo. Exponunt quidam sancti de comestione altaris, & bene dicunt. hæc ille. Vbi sciendum, quòd hæc auctoritas in superficie verborum, & secundum intentionem Nestorii,& Pelagii, eorumque sequacium modernorum hæreticorum in Boemia,videtur innuere necessitatem sumendi hoc venerabile sacramentum sub vtraque specie,quod tamen non innuit.Ideo pro catholica, & vera eius expositione sequendo doctores sanctos ab ecclesia approbatos, præsuppono dicta in notabili septimo, videlicet, quòd tria sunt in hoc sacramento,signum tantum,res contenta,& significata,& res significata,& non contenta. Secundo,præsuppono dicta in notabili octauo,scilicet,quòd triplex est manducatio,& bibitio huius sacramenti,scilicet carnalis,quæ est specierũ tantum. Alia est sacramentalis,quæ est corporis Christi veri,& eius sanguinis sub speciebus panis,& vini cũ intentione taliter sumendi. Tertio spiritualis,quæ est duplex. Vna est sumptio spiritualis primæ rei huius sacramenti. Secunda sumptio spiritualis secundæ rei eiusdem sacramẽti, vt sufficienter ibidem est declaratum. Et de illa acceptione specialiter dicit beatus Augustinus Omilia 26. tractans illud Ioan. 6. Panis quem ego dabo,caro mea est pro mundi vita. Quando inquit, caperet caro,quòd dixit panem,carnem, vocatur caro.hoc enim exhorruerunt.hoc enim

a ſe multum dixerunt eſſe hoc non poſſe fieri putauerunt. Norunt autem fideles corpus Chriſti. Si corpus Chriſti eſſe non negligant, fiant corpus Chriſti ſi uolunt uiuere de ſpiritu Chriſti: De ſpiritu enim non uiuunt, niſi fuit corpus Chriſti. Cuiuslibet enim hominis corpus uiuit de ſpiritu ſuo. Vis ergo & tu uiuere de ſpiritu Chriſti, eſto in corpore Chriſti. Inde eſt, quòd exponens nobis Apoſtolus hunc panem: Vnus panis, inquit, unum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis, o ſignum unitatis, o uinculum charitatis, qui uult uiuere, accedat, credat, incorporetur, uiuificetur, non abhorreat compagem membrorum, nō ſit putridum membrum, quod reſecari mereatur, non ſit diſtortum de quo erubeſcatur. Sit pulchrum, aptum, ſanum, uiuat Deo, de Deo, nunc laboret in terra, ut poſtea regnet in cœlo. Hæc ille. Quibus præmiſsis, dico primo, quòd illa auctoritas Io. 6. non debet intelligi de manducatione carnali, ſeu primo modo dicta. Patet, quia corpus, & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti non ſumitur ſub propria ſpecie, quemadmodum Iudæi litigantes, & dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? ubi dicit Auguſ. ſuper Ioannem. Quia ergo Iudæi cibum concordiæ non ſumpſerant: ideo adinuicem litigabāt. Vnde Iſaiæ. 53. dicitur: Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis. Ex hoc autem quod litigabant, oſtendebant ſe eſſe carnales, ſecundum illud

illud 1.ad Cor.3. Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? Et ideo hæc verba domini carnaliter intelligebant, ſcilicet, quòd caro Chriſti manducaretur ſicut carnalis. Vnde dixerunt: Quomodo poteſt nobis hic dare carnem ſuam ad manducandum? hæc ille. Sic etiam diſcipuli illi intellexerunt, qui abierunt retro, dicentes: Durus eſt hic ſermo, vbi dicit glo. Multi ergo carnaliter ſapientes, quaſi particulatim carnem qua indutus erat ſe eis diſtributurum eſſe permitteret, cõtra naturam, quòd in cibum hominum humanam carnem daret, dixerũt, durus eſt hic ſermo, ideſt aſper, laborioſus, & anxietatem habens, ſecundum Chryſoſtomũ. vel durus, ideſt difficile credibilis, ſuperexcedens hominum imbecillitatem, & ſapiens tumorem, & elationem: quis poteſt eum audire, ideſt ei obedire, cum ſit contra naturam carnes hominis comedere? Hæc Chryſoſtomus: Sed corpus Chriſti, & eius ſanguis ſumitur ſub ſpecie aliena, ſcilicet panis, & vini. Vnde ibidem dicit: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. & iterum. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. De quo pane beatus Hieronymus ſuper Ioannem ſic dicit: Iſte panis caro Chriſti eſt, quæ pro mundi vita in ara crucis immolata eſt, hunc autem manducat eccleſia: ideoque non moritur, ſed viuit in æternum. Panis enim, & vinum, quæ in altari ponuntur ad ſacerdotis vocem cœleſti benedictione ſanctificantur, & in

Chriſti

Christi carnem, & sanguinem essentialiter com mutantur, vt vna eademque essentia sit, & eius carnis, quæ de Virgine nata est, & eius, quæ de pane facta est. hæc ille.

SED dubitatur primo, quare sumitur hoc sacramentũ sub specie aliena. Respondetur, quòd ex multiplici de causa. Primo, vt fideles haberẽt meritũ suæ fidei, quæ proprie est de his, quæ nõ videntur. Ibi enim aliud cernitur, & aliud creditur, fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentũ, vt dicit beatus Greg. Omilia euangeliorum 26. Tale autẽ experimentum haberetur, si post consecrationem appareret caro Christi, & eius sanguis sub propriis speciebus. Concordat Christi glo. Matth. 26. dicẽs: Sub alia tamen specie carnem, & sanguinem suum tradidit Christus, vt fides haberet meritum, quæ de his est, quæ non videntur. hæc ibi. Secundo, propter ipsius dignitatem quantum ad malos, ne videntes Christum in propria persona, & specie percuterentur, & interficerentur, sicut Bethsaitem in visione archæ, primo Reg. 6. Tertio, propter horrorem ne oculus abhorreret, quod teneret manus, sensus humanus horret carnem humanam crudam videre. Vnde Ambrosius, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis, ideo sub aliena specie sumitur. Quarto, quia non habemus in vsu carnem crudam, & sanguinem crudum sumere in

re in propria specie. Quinto, ne nobis ridiculum fiat ab infidelibus, qui specialiter possent nobis insultare, dicentes nos crudeles, & bestiales si sic ageremus. Sexto, secundum Gulielmum Parisiensem in tractatu suo de Sacramentis, cap. de sacramento. Infirmitatem, & imbecillitatem humanam, quæ corpus Christi glorificatum in propria specie, seu forma nullo modo valet intueri: non enim sine sui corruptione sustineret homo tantam gloriam cum excellens sensibile corrumpat sensum. tertio de Anima. Et id, quod vltra capacitatem alicuius, aut vires alicui infunditur, cogit capacitatem, aut vires deficere, ad quorum deficientiam sequitur mors, & corruptio eiusdem, & infra dicit, quia in forma gloriæ suæ non est hic esibilis panis vitæ, nec prægustationem vllo modo congruit forma illa, necesse est, vt substantialis forma, quæ præsentes conuiuas inuitet, & attrahat, & ipsum panem vitæ pro captu paruitatis eorum ostendat apponi necesse est. hinc ille versus.

Sumitur occulte Christus ne sit tibi stulte,
Horror, vel risus minuat fidem tibi visus.

SECVNDO dubitatur quare hoc sacramentum potius sub illis speciebus consecratur, & sumitur, quàm sub aliis. Respondetur. ex quo dominus in hoc sacramento proponitur nobis, vt cibus reficiens, & quia nutrimentum necessitatis humanæ habetur in pane, & vino præ oībus

aliis

aliis plenior,& melior refectio:igitur potius sub illis speciebus,quàm sub aliis cõsecratur,& sumitur. Secundo,quia illæ species corporis Christi veri,& mystici,& significationem magis expresse significant,& exprimunt: nam panis propter eius compactionem assimilatur corpori Christi: vinum vero, quia est liquor, sanguini. & sic de mystico: quia sicut ex multis granis vnus panis efficitur,ex multis vuis vinum confluit: sic corpus Christi mysticum ex multis fidelibus charitate vnitis congregatur. Vnde Augustinus super Ioannem, Omilia 26. sic ad propositum dicit: Commendauit autem dominus corpus, & sanguinem suum in eis rebus, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis,panis namque in vnum ex multis granis conficitur:vinum vero in vnum ex multis azimis confluit,ita dominus noster Iesus Christus nos signauit,& mysterium pacis,& vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. hæc ille. Tertio, quia illæ species ad conuersionem propter sui sinceritatem, & lætificationem sunt decentiores. Vnde Apostolus. 1.ad Corin.5.dicit: Epulemur in azimis sinceritatis. Et psal. 103. Et vinum lætificat cor hominis. vnde & in glos. 1.ad Cor. 11.dicitur: Sicut panis præ cæteris cibis sustentat, & lætificat charitate inebriatos, quàm alia sacramenta. Quarto,quia illæ species ad figuram veteris sacrificii Melchisedech sunt viciniores,qui Abrahæ panem, & vinum obtulit. Gen. 14. Quinto,quia illæ species ad compa-

rationem

rationem dominicam ſunt ſimiliores: dicens enim in euangelio nunc ſe viti, nunc pani, nunc grano tritici comparauit. Sexto, quia illa, ſcilicet panis, & vinum faciliter acquiruntur. Vnde dicit Remigius: Apte etiam fructum terræ obtulit, vt per hoc demonſtraret, quia adhuc veniat, vt illam maledictionem auferret: qua maledicta eſt terra propter peccatum primi hominis. Congruenter etiam iuſsit offerri, quæ de terra naſcuntur, pro quibus homines maxime laborant, vt non eſſet difficultas in acquirendo, & homines de labore manuum ſuarum ſacrificium domino offerrent. Septimo, hoc fit ex ritu celebrationis, quia illæ ſpecies mundius tractantur, quàm alia, quæ in cibum, & in potum veniunt hominum. Octauo, hoc fit propter præparationem, & reputationem ipſorum. Grauia enim in area conculcãtur, panis in fornace decoquitur, & vinũ in torculari exprimitur. quæ omnia Chriſti paſsionem repræſentant &c.

TERTIO dubitatur, quæ ſit materia debita, ex qua corpus Chriſti conſecratur. Reſpõdetur, quòd ſolum panis ex farina cum aqua elementali coagulatus &c. patet ex Cõcilio Martini Papæ. & hoc de conſec. diſ. 2. Et ideo oportet. & cap. ſequenti. Cuius ratio principalis eſt, quia Chriſtus talem materiam inſtituit, & in ſignum inſtitutionis conſecrando tali materia vſus fuit, quia dicunt euangeliſtæ: Accepit panem

nem &c.Sed panis coagulatur ex farina, & aqua elementali &c. Quare dicit beatus Cyprianus in epiſtola ad Cæcilium:Corpus domini nō poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrunq; fuerit adunatum.hæc ille. Ex quo ſequitur,quòd farina coagulata lacte, muſto, vel alio liquore ab aqua elementari non eſt debita materia, ex qua conſecrari debet corpus Chriſti.

QVARTO dubitatur, Vtrum ſolus panis triticeus ſit materia debita huius ſacramenti. Sic quòd ſolum ex ipſo poſsit confici corpus Chriſti. Pro quo ſciendum quòd eſt communis opinio doctorum, quòd ſolum in pane triticeo poſsit fieri conſecratio corporis Chriſti,& non in pane ſpeltæ,ſiliginis,ordei,auenæ, fabæ, piſi, milii,lolii,lentis,vel alterius frumenti,vel etiam leguminis.Sic enim Chriſtus confecit in pane triticeo,vt dicit beatus Thomas, & plures alii doctores: Ideo Chriſtus comparauit ſe grano tritici. Ioan.7. Ipſe enim de ſe loquens dicit, niſi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit &c.Vbi ly frumenti ſine aliqua reſtrictione ponitur. Ideo pro famoſiori ſuo ſignificato recipitur,tali autem ſignificatione importat triticum. Et ergo in hoc verbo euangelii videtur innui, quòd panis triticeus, & alius ſit materia apta ad conſecrandum corpus Chriſti. Quod etiam verbum pertractans beatus Auguſtinus ſuper Ioannem Omilia cum dicit:Cum ſint mul

ta

ta grana frugum, nulli se comparauit Christus, nisi frumento. Vnde mos cœpit ecclesiæ de hoc solo pane corpus Christi conficere. Et si dicitur, quòd granum speltæ est eiusdem speciei essentialis cum grano tritici, licet differant in accidentalibus. Respondet sanctus Thomas, quòd non: quia nunquàm ex grano speltæ seminato generatur granum tritici, vel ecõuerso: vnde dicit: & etiam alii multi doctores, quòd si quis vteretur in consecrando pane speltæ, vel cuiuscunq; alterius, quàm de tritico, non conficeret corpus Christi, sicut nec ille conficeret sanguinem, qui tantum aquam haberet in calice: quia vtrobique deficeret debita materia. Alii autem dicunt, & specialiter Thomas de Argentina. Quãuis panis speltæ, & panis tritici differant, specie tamẽ non, quia spelta est species frumenti: Ideo si quis consecraret corpus Christi in pane speltæ, ille vere consecraret. Et habent prosæ Isidorum 6. etymologiarum cap. 3. dicentem, frumentum in plus habet se, quàm triticum. in principio capituli dicit, frumenta sunt, quæ habent aristas, & fruges appellantur. Ideo siliginẽ, ordeum, & multa talia dicit esse de genere frumentorum, eo quòd aristas habent. Cum igitur nec ex fide, nec ex aliquo statuto ecclesiæ possit plus haberi, nisi quòd panis virtute diuina conuertendus in corpus Christi ad benedictionem sacerdotis debet esse de vero frumento, non videtur quomodo ex pane non triticeo non vere conficitur

corpus

corpus Chriſti,dummodo panis a ſacerdote benedictus ſecundum debitam formam ſit de uero frumento. Quid autem ueritatis ſit in hoc dubium eſt, omnes tamen concedunt panem de tritico eſſe materiam aptam: tamen quia dubium eſt,& non ſine magno periculo homo in cauto ſacramento dubioſe exponeret, cum certa pars, & ſecura ſibi conſtare poſsit, conſulendum eſt omni celebranti,& omnino ſecurum eſt,vt vtatur ſemper in conſecrando pane, quo vtitur cōmunitas fidelium, & quem omnis Chriſtianus doctor non dubitat in corpus Chriſti conuerti: qualis eſt panis triticeus, & non vtatur alio pane,de quo apud doctores dubium eſt,an in corpus Chriſti conuertatur:& de quo ſolemnes, & magni dicunt, quòd non,per hoc tamen non nego, quin in alio poſsit fieri conſecratio. Sed in dubio certiorem volo eligere partem.

QVINTO dubitatur,qualis debeat eſſe hoſtia,ex qua conficitur corpus Chriſti. Reſpondetur primo, quod debet eſſe alba,ad deſignandum Chriſti innocentiam. Secundo,triticea ſecundum ſanctum Thomam, ad deſignandum Chriſti delectabilitatem ſuauiſsimam. Tertio tenuis,ad deſignandum Chriſti paupertatem magnam. Quarto non magna,ad deſignandum Chriſti humilitatem abiectiſsimam. Quinto rotunda,ad deſignandū Chriſti æternitatem manſuetiſsimam.Sexto,non fermentata,ad deſignan

dum

dum Chriſti benignitatem ſincerißimam. Septimo, non ſalſa, ad deſignandum Chriſti ſine cupiditate liberalitatem indeficiétißimam. Sal enim comeſtum ſitim facit, per quod deſignatur cupiditas, quæ eſt ſitis bonorum temporalium. Vnde verſus:

Candida, triticea, tenuis, non magna, rotunda:
Expers fermenti, non ſalſa ſit hoſtia Chriſti.

SEXTO dubitatur: Vtrum de ammido poßit fieri panis conſecrabilis in corpus Chriſti? Reſpondet ſanctus Thomas, quòd nõ debet fieri, immo ſecundum aliquos non poteſt, quia illa attritio, & purgatio, & vaporis admixtio videtur mutare ſpeciem farinæ, & omnino ad eius corruptionem diſponere. Alii dicunt, quòd poßit ex eo fieri panis conſecrabilis, cum ſit farina maxime deprauata. Iſtæ enim deprauationes, quæ fiũt ad amidum præparandum, non videntur alienare a ſpecie farinæ triticeæ: quia non fiunt ibi niſi decorticationes, & purgationes, & huiuſmodi, quæ non videntur alterare medullam tritici a ſua ſpecie. Sed Scotus dicit, quòd certum eſt farinam tritici purgatam, non ſecundum illum ſpecialem modum, quo amidum purgari ſolet, ſed ſecundum modum purgationis communis, quo piſtores ſolent farinam purgare, eſſe materiam conuenientem ad panem conſecrabilem faciendum. Modo dubium eſt, an amidum ſit huiuſmodi materia, & inutilis videtur probabiliter

N quòd

quòd non, ideo non sine peccato quis exponit se tali dubio consecrando in amido. Illi tamen qui præparant tales hostias consecrandas, peccare videntur, quia ipsis tritum est, quòd de tali materia præparant. Vtentes autem forte excusari possunt de peccato propter ignorãtiam, quia supponũt talem materiam esse bene præparatã.

SEPTIMO dubitatur, an pasta triticea non cocta in fornace, sed alio modo, sit materia apta ad conficiendum corpus Christi. Respondit Scotus, quòd non, licet probabile sit ipsam esse eiusdem speciei cum pane, quia per talem coctionem non fit nisi extractio humorum aquæ mixtæ cum farina, quæ separatio non mutat speciem. & dat rationem quare ex ea non posit cõfici: quia Christus voluit materiam consecrationis esse panem triticeum vsualem, vt sit secundũ Damascenum lib. 4. cap. 6. Illud, quod conuenit communiter esse nutrimentum corporale, ipsum, vel sibi simile esse nobis sacramentaliter nutrimentum spirituale. Sed pasta, vt talis, non est panis vsualis. ergo &c.

OCTAVO dubitatur, an panis azimus tantum, vel fermentatus tantum, vel vterq; sit materia consecrabilis. Respondetur, non est de necessitate panis consecrabilis, quòd sit azimus, sed etiã potest esse fermẽtatus. Prima pars patet, quia licet Christus confecit in azimo, tamẽ Græci

ci conficientes in fermento vere cõficiunt,quia secundum Ansel.lib.suo de fermentato, nõ differunt substantialiter panis fermentatus, & azimus. Quod autem Christus cõfecerit in azimo, patet,quia in prima die azimorũ non debuit inueniri panis fermentatus in domibus Iudæorũ. Exo.12. Et illo die comedit Iesus pascha cum discipulis suis,hoc sacramentum instituit,& in pane cõfecit,videlicet Matth.26.Mar.14.Luc.22. Et Ansel.in lib.vbi prius,dicit:Cæna,in qua hoc factum est,exigebat panem esse azimum,quia in ea non debebat esse panis fermentatus,secundũ legem. Secunda pars patet, quia vt recitant doctores,a principio tota ecclesia cõficiebat in azimo:postea tamen tempore Leonis Papæ propter hæreticos Ebionitas,qui dicebant legalia debere seruari cum euangelio,& in azimo confici pp legis præceptum. Ecclesia instituit ad tẽpus conficiendũ in fermentato.cessante vero causa,& hæresi illa extincta, ecclesia occidentalis ad ritum antiquum rediit,Græcis,& orientalibus permanentibus circa fermentatum. Ex quo sequitur, licet non sit de necessitate sacramenti conficere in azimo,est tamen de necessitate præcepti,quo ad sacerdotes Latinos: quàmuis enim sacerdos Latinus conficiens in fermentato vere conficeret, tamen ipse grauiter peccaret. Secundo sequitur: Græci dicentes Latinos non consecrare, quia vtuntur pane azimo, non bene dicunt. Tertio sequitur: Græci dicendo Christum con-

in ſemetipſis,& ſic vita, quæ vere vita eſt, æternaliter priuarentur, quod nullus ſanæ mentis dicit. Ex quibus patet, quòd Chriſtus hæc verba non dixit ad literam præceptiue, & obligatiue de manducatione ſacramentali: ideo aliquibus interpoſitis, dicit: Qui manducat me, ipſe viuet propter me. hic eſt panis, qui de cœlo deſcẽdit. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ac ſi diceret quibuſdam ſufficit ſumere ſacramentaliter hoc ſacramentum ſub ſpeciebus panis tantum, puta laicis fidelibus, in cuius ſignum in cœna legitur hoc ſacramentũ duodecim apoſtolis, ſub vtriſque ſpeciebus miniſtraſſe, & non aliis. Etiam ſi Chriſtus hæc verba ad literam dixiſſet præceptiue, & obligatiue. Tunc præcepiſſet, & obligaſſet aliquos ad impoſsibile, quod omnino derogaret ſuæ pietati. Vnde tales excõmunicat beatus Hieronymus in quadam epiſtola, qui dicunt Deum aliquod impoſsibile præcepiſſe. patet tamen conſequẽtia de his, qui vinum ſumere, & deglutire non poſſunt: ſed protinus euomunt. Et ex hoc conſequenter ſequitur Chriſtum improuide ſuum corpus, & ſanguinem ſub duplici ſpecie ab omnibus ſumendum præcepiſſe, cum multi alteram illarum ſpecierum, ſcilicet vini ſumere, vel ſaltem retinere non poſſunt. Et ſic conſequenter ſequi videtur ipſum fore non omniſcientem, nec ſapientiam patris cum multorum damnationem, vt ſic non præuidiſſet, quod nullo modo eſt dicendum. Tertio, ille textus

Ioan.6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: non debet intelligi de manducatione,& bibitione sacramentali.Igitur nec ille,nisi manducaueritis &c.debet sic principaliter,& præceptiue intelligi.consequentia nota est, quia non videtur ratio,quare vnus debet sic intelligi,& non alius, cum in vtroq; fit mentio de manducatione,& bibitione corporis,& sanguinis Christi.Sed antecedens patet,qui si sic,tunc sensus eius esset, qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem, in me manet &c. idest in sacramento panis,& vini manet.Et ergo,idest sacramentum panis,& vini manet in eo,quòd nullus sanæ mentis dixit. Quarto, baptismus fluminis ex Christi præcepto est sacramentum necessitatis sic,quod etiam paruuli sine eo regulariter non possunt salutem consequi.Igitur si prædicta auctoritas intelligeretur principaliter,& præceptiue de manducatione, aut sumptione sacramentali, ipsa sumptio sacramentalis etiam ex Christi verbo, & institutione esset de necessitate salutis. tenet consequentia, quia sicut dominus præcipiendo dixit:Nisi quis renatus fuerit &c.Ioan.3. Ita hic præcipiendo dixit:Nisi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius sanguinem &c. Sicut ergo baptismus propter ista verba Christi est necessitatis:Ita esset sumptio sacramentalis pari ratione necessitatis propter similia Christi verba.consequens est manifeste falsum, videlicet in

paruulis

paruulis, qui ſaluantur ſine hac ſacramẽtali ſumptione. & ſi non, tunc baptiſmus non conferret eis gratiam, quod eſt contra illud Matth. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: patet tamen conſequentia, quia per aduerſarios vltra hoc requiritur ſumptio euchariſtiæ. etiam ex uerbis Chriſti, Niſi q̃s renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non uidebit regnum Dei. Ergo per contrarium, qui renatus fuerit &c. cæteris paribus uidebit regnum Dei. Sed multi paruuli renaſcuntur. igitur, ſi ſic, decedunt, uidebunt regnum Dei: & per cõſequens ſacramentali ſumptione huius ſacramenti ſaluantur. Etiam in die Pentecoſtes, ut habetur Act. 2. Iudæi compuncti corde ex ſermone beati Petri, dixerunt ad Petrũ, & ad reliquos apoſtolos: Quid faciemus uiri fratres? Quibus Petrus, Pœnitentiã inquit, agite, & baptizet unuſquiſq; ueſtrũ in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum ueſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Ex quibus patet baptiſmum quãtum ex ſe conferre gratiã, & eſſe ſacramẽtum neceſsitatis. patet etiam principale propoſitum ex effectu ſumptionis ſacramẽtalis, qui ſecundũ beatum Thomã ſuper 4. in 3. parte. Et deletio uenialiũ, & augmentũ uirtutũ, quorũ neutrũ eſt de neceſsitate ſalutis. Et ita nec ſumptio ſacramentalis, ſiue ſub una ſpecie, ſiue ſub utraque erit de neceſsitate ſalutis, ſaltẽ exterius Chriſti, quamuis in adultis ſit de eccleſiæ præcepto, quæ ſuum præcẽptũ ita potuit inſtituere, &

 obſer-

obseruare, sicut ei videbatur congruere fidelium saluti, & facere ad reuerentiam tanti sacramenti. Ex quibus clare patet, quòd prædicta Christi verba nullam imponunt necessitatem cõmunicandi sub vtraque specie, cum non sint intelligenda principaliter, & præceptiue de sacramentali manducatione, siue sub vna, siue sub duabus.

TERTIO dico, quòd illa auctoritas non debet intelligi præceptiue, & principaliter de manducatione spirituali primæ rei huius sacramenti, scilicet veri corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi. patet, quia paruuli baptizati innocentes non manducant, & bibunt illo modo spiritualiter carnem, & sanguinem domini nostri, & tamen habent vitam in semetipsis. ergo &c. Maior patet, quia non habent actum fidei, nec recogitare possunt quomodo vere, & realiter Christus cũ suo corpore sub his speciebus cõtinetur. ergo &c. cõsequentia tenet ex notabili octauo: secundum autem notum est de se, & minor patet, quia tales sunt in gratia gratum faciente. ergo &c. Etiam adulti carentes vsu rationis non manducant illo modo spiritualiter carnem, & sanguinem domini nostri Iesu Christi, & tamen multi ex eis habent vitam in semetipsis.

QVARTO dico, quòd vniuersaliter, principaliter, præceptiue, & obligatiue hæc auctoritas

ctoritas

ctoritas debet intelligi de manducatione, & bibitione spirituali secundæ rei huius sacr. menti, scilicet carnis,& sanguinis Christi mystici.patet propositio,quia sic Christus eam intellexit infra eodem cap. Spiritus, idest spiritualis intellectus est,qui viuificat,idest confert vitam quasi dicat, Dicta de me oportet vos spiritualiter intelligere, qui enim carnaliter intelligit,nihil proficit. Ideo sequitur, caro,idest carnalis sensus nō prodest quicquā. idest, si secundū sensum carnalem eam intelligatis,nihil vobis proderunt,immo nocebunt,secundum illud ad Rom 8. Si secundum carnem vixeritis moriemini.Sed verba,quæ locutus sum vobis de manducatione carnis meæ, & potatione sanguinis mei,spiritus,& vita sunt, idest spiritualia,& vitalia sūt. Spiritualiter enim intellecta viuificant, carnaliter autem intellecta mortificant.Quia secundum Apostolum ad Roman. 3. litera sine spiritu adiuuante, secundum glo.occidit:Spiritus autem viuificat.glo.quia facit implere,& intelligere spiritualiter, quòd litera præcipit.Et beatus Augustinus Omilia 27. super Ioannem dicit, Si intellexisti spiritualiter verba Christi,spiritus,& vita sunt tibi: Si carnaliter,Spiritus,& vita sunt,sed non tibi: diximus enim hoc demum commendasse in manducatione carnis, & potatione sanguinis sui, vt in illo maneamus, & ipse in nobis. hoc autem quid fecit nisi charitas? Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui

datus

datus est nobis . ergo spiritus est, qui viuificat. hæc ille. & Chrysostomus, circa illam literam dicit, Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, nihil habentia carnaliter, nec consequentiam carnalem. Sed eruta sunt ab omni tali necessitate, quæ in terra est, & a legibus, quæ hic positæ sunt. Et beatus Hieronymus dicit circa hanc literam, Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, idest spiritualia sunt, & spiritualiter intelligenda, quæ carnaliter intellecta generant mortem. Si vero spiritualiter intelligantur, vitam præstant æternam. hæc ille. & beatus Ambrosius super psal.4. exponit sic, Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, idest spiritualiter ea intelligenti, vita confertur. Et sic etiam beatus Paulus prima ad Corinth. 10. exponit hunc textum spiritualiter, dicens: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moise baptizati in nube, & in mari, & omnes manducauerunt eandem escam spiritualem, biberunt & omnes eundem potum spiritualem. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Et ad eundem sensum exponit glo. illum textum Apostoli, omnes eandem escam manducauerunt. Vbi dicit, omnes eandem escam manducauerunt, quam & nos: corporalem vero alteram, idest manna, quod significat Christum, & idem credentibus effecit, quare? quia visibilem

lem

lem cibum spiritualiter intellexerunt, esurierunt, gustauerunt, vt spiritualiter saciarentur, & nos hodie accipimus visibilē cibum. Sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt & nostra, & vtique eiusdem rei. Manna enim Christum significauit. hunc panem significat altare Dei, Christus enim est panis, qui de cœlo descendit. Si quis manducat ex hoc pane, non morietur in æternum. Sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non ad uisibile sacramentum, qui manducat intus non foris, qui manducat corde, non qui premit dente. Ideo Apostolus vigilanter nòn simpliciter ait, manducauerunt eandem escam: Sed addit, spiritualem, quia spiritualem eandem manducauerunt, quam & nos. corporalem uero alteram, quia illi manna, nos aliud, ita & vigilanter, ait, patres nostri, & nòn illorum. per hoc tantum bonos significans, quibus nos similes sumus: Nam illi fuerunt, qui eandem spiritualem escam manducauerunt, quam & nos, tamen aliud illi, aliud nos. Sed specie uisibili aliud, quòd tamen idem significaret uirtute spirituali. hæc ibi. & concordat glos. in eodem capitulo, super uerbo, Vnus panis, & unum corpus multi sumus, quæ in notabili octauo primæ partis prius est recitata, patet etiam propositio per beatum Augustinum super Ioannem Omilia 26. dicentem, hunc itaque cibum, &

potum

potum vult dominus intelligi societatem corporis, & membrorum suorum, quòd est sancta ecclesia in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius, quorum primum iam factum est, idest prædestinatio. secundum, & tertium factum est, & fit, & fiet, scilicet vocatio, & iustificatio. Quartum vero nunc in spe est, in re autem futurum est, idest glorificatio huius rei, sacramentum, id est vnitatis corporis, & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi trinis interuallis dierum in dominica mensa paratur, & in mensa dominica sumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res vero ipsa, cuius sacramentum omni homini est ad vitam, & nulli ad exitium. Et 9. de Trinitate dicit. Quoniam in eius est corporis vnitate, idest in Christianorum cōpage membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerant, ipse vere dicendus est manducare corpus & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc scismatici, & hæretici ab vnitate corporis separati possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi vtile, sed sibi noxium, quo iudicentur grauius, & tardius liberentur, nec illi in perditis, & damnabilibus moribus debent esse securi, qui per vitæ iniquitatem, vitæ iustitiam, quæ est Christus, deserunt, siue fornicando, siue aliquid huiusmodi faciendo. Non enim isti dicendi sunt vere manducare, quoniam nec in membris computandi sunt.

ſunt Chriſti.vt enim alia taceam, non poſſunt ſi mul eſſe membra Chriſti,& membra meretricis. Et idem Auguſtinus dicit, prout allegat Magiſter in 4.diſtin.9. Quid eſt Chriſtum manducare? non eſt hoc ſolum in ſacramento corporis eius accipere,multi enim indigne accipiunt:Sed in ipſo manere, & habere ipſum in ſe manentem.Spiritualiter enim manducat,qui in vnitate Chriſti,& eccleſiæ,quoniam ſacramentum ſigni ficat,manet.Et quibuſdam interpoſitis dicit Magiſter Eximius Auguſt. Item quomodo manducandus eſt Chriſtus,quoniam ipſe dicit. Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. tunc carnem meam manducat,& ſanguinem meum bibit: qui vero in me non manet,nec ego in illo. Et ſi accipit ſacramentum,acquirit magnum tormentum. patet inſuper hæc propoſitio per beatum Hieronymum in auctoritate prius allegata in principio notabilis ſeptimi primæ partis,cũ dicit,Dupliciter intelligitur caro Chriſti, & ſanguis, vel illa,quæ crucifixa eſt, & ſepulta, & ſanguis, qui militis lancea effuſus eſt:vel illa ſpiritualis, & diuina,de qua ipſe ait:Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Et niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis. Et ſuper Ioannem dicit,Ille reuera Chriſti carnem,& ſanguinem manducat,& bibit, qui ita altaris participat ſacramẽtis, vt ſic Dei filio iũgatur,& vnia-

tur.

tur. Simulque cum eo vnumquodque efficiatur, quatenus iam vlterius ab eo nequeat separari. Quid est enim manducare, nisi inseparabiliter adhærere? Et ibidem dicit, Qui manducat meã carnem,& bibit meum sanguinem,sicut talem cibum,& potum manducare, & bibere conuenit, sic mihi coniungitur,sic mihi vnitur,sic totus in me transfertur,vt in me inseparabiliter maneat, & me in se manentem habeat. hæc ille. patet etiam per glosam super illo, Nisi manducaueritis &c. dicentem. Sed quæritur,quomodò in vitam æternam,cum quidam ad mortem,vnde dicit Apostolus:Si quis comedit in altari cum hac comestione,de qua hic agitur. Sed cum fide operante ex dilectione hic comedit in vitam æternam. Si quis vero aliter in mortem. glos. Vbi innuit, quòd de sola spirituali manducatione,& bibitione, quæ consistit in fide ex charitate formata procedente intelligi debet vniuersaliter,& præceptiue hæc auctoritas. Et Origenes dicit:Illi solummodo dicuntur veritatem carnis Christi sumere, & vere manducare, qui spiritualiter manducant. Et beatus Ambrosius idem affirmans dicit: Qui manducant spiritualiter veritatem carnis,& sanguinis Iesu Christi,dicuntur assumere,& vere manducare in remissionem peccatorum. Et Fulgentius in quodam sermone dicit:Qui per hunc cibum spiritualiter fuerit Christo incorporatus,cum ipso in æternum permanebit. Et Innocentius in libro suo de officio Missæ

parte

parte 4.cap.8.ſuper illo : Accipite, & manducate, dicit de ſpirituali manducatione, dominus ait, Niſi manducaueritis carnem filii hominis, &c. hoc modo corpus Chriſti boni comedunt. Vnde: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde quid paras ventrem, & dentem? crede, & manducaſti: Qui credit in Deum, comedit ipſum: Qui incorporatur Chriſto per fidem, mem brum eius efficitur in vnitate corporis eius firmus ſolidatur. hæc ille. Item beatus Thomas exponens prædictam auctoritatem Ioan. 6. Niſi manducaueritis &c. dicit glo. ſuper Ioannem referendo literam ad manducationem ſpiritualem, ſententia plana eſt. Iſte enim ſpiritualiter manducat corpus, & bibit ſanguinem domini, qui particeps fit vnitatis eccleſiæ, quæ fit per charitatem: Qui autem ſic non manducat, eſt extra eccleſiam, & extra charitatem, & ideo non habet vitam. Concordat Albertus Magnus in poſtilla ſuper Ioannem, vbi hanc auctoritatem exponit de manducatione ſpirituali, per quam Chriſto incorporamur, & conſequenter dicit, quòd paruuli ſicut habent virtutes non in vſu, ſed in munere: ita habent etiam Chriſti incorporationem. Et Hugo poſtillator in poſtilla ſuper Ioannem, ſic exponit illam auctoritatem, niſi manducaueritis, ideſt niſi vniti fueritis per charitatem filio Dei, qui eſt filius hominis, non habebitis vitam in vobis, quia membra

ſepa-

separata a corpore non possunt viuere. patet etiam hæc propositio expresse per doctores, super 4. dist. 9. Quod generatur, illā auctoritatem ad sensum prædictum exponunt. Et arguitur rationibus. Primo sic. hæc auctoritas debet intelligi vniuersaliter, & principaliter de manducatione, & bibitione corporis, & sanguinis Christi, vt generaliter omnes concedunt, & non de carnali, vt patet ex prima propositione, nec de sacramentali, videlicet ex secunda, nec de qualibet spirituali, videlicet ex tertia. ergo propositio uera. consequentia tenet ex sufficienti diuisione, quia non sunt plures species mãducationis. ergo &c. Secundo, illa auctoritas debet intelligi sicut sancti doctores, & catholici eam intelligunt, & intellexerunt. Illi enim Christi sensum habuerunt, secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 2. Nos sensum Christi habemus. Sed Christi intelligunt, & intellexerunt eam modo prædicto. ergo &c. Tertio, loquens dominus de baptismo dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. & quomodo hoc intelligi, & obseruari a fidelibus uolumus, statim declarat, cũ subiungit. Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non potest intrare regnum Dei. Igitur a simili quando dominus Io. 6. loquebatur de manducatione carnis suæ, dicens: Nisi manducaueritis &c. quomodo hoc uoluit intelligi, statim hoc declarat, cũ subiungit. Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinẽ &c.

Per

Per hoc exponens, quòd priora verba intelligant de manducatione ſpirituali carnis ſuæ myſticæ, & bibitione ſpirituali ſanguinis ſui myſtici. & hoc manifeſte docet Auguſtinus, & etiam gloſ. ſuper eodem. Vnde Auguſtinus Omilia 6. ſuper Ioannem dicit: Denique iam exponit dominus, quomodo illud fiat, quod loquitur, & quid ſit manducare carnem eius, & ſanguinem bibere, dicens: Qui manducat meam carnem, & bibit &c. Subdit Auguſtinus, hoc eſt ergo manducare eſcã illam, & iſtum potũ bibere, in Chriſto manere, & Chriſtum manentem in ſe habere. ac per hoc qui non manet in Chriſto, proculdubio nec mãducat eius carnem, nec bibit eius ſanguinem. etiam ſi tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducat, & bibit. Quod iterum intelligi oportet de manducatione carnis myſticæ, cuius ſacramẽtum eſt, & ſpecies viſibilis, & corpus Chriſti. Verum vt patet ex prædictis. Quarto, manducatio ſacramentalis, ſiue ſpiritualis verbi carnis Chriſti non eſt de neceſsitate ſalutis ex Chriſti mandato, ſed manducatio, de qua illa domini verba loquuntur, eſt de neceſsitate ſalutis, ſic quòd nemo ſine illa ſaluatur, immo nec paruuli. Igitur illa verba domini vniuerſaliter, principaliter, & præceptiue non poſſunt intelligi de ſumptione ſacramentali ſub vna, vel duabus ſpeciebus, vel etiam de ſpirituali veræ carnis, & ſanguinis. patet maior ex dictis præcedentibus propoſitionibus: ſed minor, quia ex modo loquendi Sal-

uatoris,quo dicit, Nisi nianducaueritis.vbi videtur loqui præceptiue. Sed de paruulis patet per beatum Augustinum ad Bonifacium, & allegat Magister in 4. dist.9. & habetur in glo.1.ad Corinth. 10. Quoniam vnus panis,& vnum corpus multi sumus. Quæ etiam prius in notabili octauo primæ partis post medium,est allegata,vbi dicit,Nulli,inquit Augustinus,ambigēdū est, tunc quemq; corporis, sanguinisque domini participem fieri,quando Christi membrum efficitur, nec alienari ab illius panis,calicisque consortio. Et si antequàm panem istum edat,& calicem bibat de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur,quando ille habet, quod sacramentum significat, habere inuenitur. hæc ille. Quinto dico, quòd secundario minus principaliter,& quodammodò extranee potest hæc auctoritas intelligi de manducatione sacramentali præceptiue pro loco, & tempore quo ad non significantes,ita quòd sit sensus eius:Nisi vos adulti non sacrificantes ad communicandum dispositi manducaueritis carnem domini,& pro loco, & tempore statuto ab ecclesia digne præparaueritis,& biberitis, idest ad bibendum sanguinem domini,non tamen sub proposito signo, sed sub speciebus panis digne præparaueritis,non habebitis vitam in vobis,idest hoc omittentes ex contemptu,& rationali causa mortaliter peccabitis. patet illa propositio ex statuto ecclesiæ de pœnitentiis

tentiis, & remissionibus. Omnis vtriusq; sexus: vbi statuit Innocentius tertius, quòd quilibet fidelis semel in annó, scilicet in Pascha communicare debet. Vnde si quis tunc negligit sine causa euidenti, & rationali non est sine contemptu, & ideo peccat mortaliter. patet etiã illud Num. 9. Si quis mundus est, & in itinere non fuerit, & non fecerit phase, exterminabitur anima illa de populis suis: quia sacrificium non obtulit domino in tempore suo peccatum suum ipse portabit. vbi duo genera hominum excluduntur a cõmunione, scilicet infideles, qui per immundos intelliguntur, qui non sunt de ecclesia, & cathecumeni, qui per istas qui sunt in itinere intelliguntur. Illi enim sunt in via ad suscipiendum sacramentum baptismi, & fidei, non tamen peccant, si non communicent, quia præceptum non extendit se ad istos, & ex hoc sumitur argumentum, quòd propter aliquam immunditiam, & etiam quando homo est in via ad tempus, potest differre communionem, ita tamen, quòd postea eã nõ omittat. Exo. 12. dicitur. Tollat vnusqsq; agnum per domos, & familias suas &c. includit Hebræum, idest Christianum. peccant autem qui non communicant tempore determinato ab ecclesia, propter quinque causas. Prima est, quia quãtum in ipsis est, scindunt vnitatem corporis Christi mystici, idest Ecclesiæ. vnde ad Cor. 10. Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, quia de vno pane, & de vno calice partici-

ligi, vt in glo. marginali, quæ dicit. Sed quæritur, quomodo ad vitam æternam, cum quidam ad mortem. vnde dicit Apoſtolus: Si quis comedit in altari cum hac comeſtione, de qua hic agitur, ſcilicet cum fide operante ex dilectione, hic comederit in vitam æternam: ſi vero aliter, in mortem. hæc glo. Ecce quomodo manifeſte declarat glo. quòd debet intelligi de manducatione, & bibitione ſpirituali corporis Chriſti myſtici, quæ fit ex dilectione, & fide operante, quia vero alia particula vſque modo in certis libris non ponitur, nec ſcitur quis eam poſuerit: Et quoniam ipſa ſolum facit mentionem de comeſtione ſacramenti altaris: Et ideo videtur ſonare per cõmunicationem ſub ſola ſpecie panis, quia illa eſt cõmunicatio per modum comeſtionis, & per conſequens non erit contra dicta ad ſecundam glo. quæ ponitur ſub verbo, Qui manducat &c. quæ dicit: Exponunt quidam ſancti de comeſtione altaris, & bene dicunt. Reſpondetur, quòd illa glo. eſt pro nobis in eo, quod dicit: Quidam ſancti exponunt de comeſtione altaris. quaſi dicat, quidam ſancti exponunt de ſumptione ſacramenti per modum comeſtionis, &c. fit vtique ſub ſpecie panis. vbi tamẽ homo cõicat carni, & ſangui ni, & ſecundũ hanc expoſitionẽ quando dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinẽ &c. Per manducationẽ, & bibitionẽ, oportet nos intelligere in genere cõicationem, aut ſumptionẽ. Et hoc etiam vult beatus Thomas in

 poſtillis

postillis super Ioan. vbi dicit in aliquibus ecclesiis seruatur, vt solus sacerdos cōicet sanguini: reliqui vero corpori, nec tamen est contra sententiam domini, quia qui communicat corpori, communicat & sanguini, cum sub vtraq; specie totus Christus inueniatur. Quinto, adducunt illud 1. ad Cor. 11. Ego accepi a domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquàm cœnauit dicens: Hic calix nouū testamētum est in meo sanguine, hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem. Vbi beatus Paulus dicit se cōmunicationē vtriusque speciei a domino recepisse, & eam Corinthiis tradidisse. Sed constitutionem Christi nulla consuetudo, seu statutum humanum potest tollere. Et ibidem dicit, Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē domini annunciabitis donec veniat. Et non solum Apostolus loquitur de sacerdotibus: sed indifferenter de omnibus, eo quòd illam epistolam non solū sacerdotibus scripsit: sed omnibus Corinthiis indifferēter, videlicet in 1. cap. primæ epistolæ, vbi dicitur Paulus vocatus apostolus Iesu Christi ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, omnibus, qui nomē domini nostri Iesu inuocāt &c. Itē dicit Apostolus, itaq; quicūq; manducauerit

panem

perimus. prius allegatum. patet etiã ex inſtitutione Chriſti, qui pro ſacrificantibus ſub duplici ſpecie inſtituit,& illo modo ſuis diſcipulis ſacerdotum typum gerentibus miniſtrauit. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. & patet illud beati Thomæ in hymno de corpore Chriſti. Dedit fragilibus corporis ferculum, Dedit & triſtibus ſanguinis poculũ, Dicens, Accipite quod trado vaſculum, Omnes ex eo bibite. Sic ſacrificiũ illud inſtituit: Cuius officium cõmitti voluit, Solis presbyteris, quibus ſic congruit, Vt ſumant, & dent cæteris: vbi notãter dicit: Sic ſacrificium iſtud inſtituit, & non communionem laicam. Corollarium primum, quod ſequitur ex prædictis, iudaizant qui hanc auctoritatem de manducatione, & bibitione carnali, ſeu ſub propria ſpecie corporis,& ſanguinis Chriſti intelligunt, & exponunt. patet, quia illo modo intellexerunt Iudæi, qui litigabant, dicentes: Ioã. 6. Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? ergo &c. Vbi dicit Hugo poſtillator ex præſenti textu, patet infidelitas Iudæorum, qui credebãt, quòd loqueretur de carne ſua comedenda,& dẽtibus dilanianda: nec dicunt, quomodo poteſt nobis hic dare &c. quærendo, vt diſcant: ſed deſperatiue. Vnde ſecũdum Chryſoſtomum, Cum huiuſmodi quæſtione intrauit in eos infidelitas. & Venerabilis Beda dicit: Putabãt Iudæi, quod dominus particulatim carnem ſuam diuideret,& eis ad manducandum daret, & ideo litigabant,

raliter hoc honeſtum eſt, quod velata eſt mulier & obediat, vt naturæ addatur voluntas, quia ad hoc habet velamen, vt ream, & ſubditam ſe cognoſcat. & ideo gloria eſt illi, ſi comam naturaliter habet. Ad hoc enim naturaliter ratio conſentit. & vir non naturaliter comatus eſt: quia nõ eſt velãdus. & lex prohibet virum eſſe comatum. hæc glo. & quoniam non in hoc ſolum fuerunt decepti ab eis: ſed etiam in auditione cœnæ dominicæ, ad quam ebrii, & poſt prandium ſine reuerentia accedebant, vt declaratum eſt parte ſecunda in nono membro. Sic etiam ſecũdũm intentionem gloſæ ex inductione pſeudo apoſtolorum dicentium, quòd ſicut Chriſtus apoſtolis poſt cœnam, & ſub duplici ſpecie communicaſſet: ſic & ipſi Corinthii poſt cœnam, & ſub duplici ſpecie neceſſario deberent communicare: decepti erant, & errabant. Beatus autem Paulus conſiderans ipſos tam varie, & multipliciter circa hoc ſacramentum errare, ne ergo a memoria dominicæ paſsionis auerterentur, ſcripſit eis doctrinas, & informationes, qualiter ſe habere deberent circa ipſum, non tamen per hoc præcipiẽs eis ſic communicare, & ſemper in futurum continuare, videlicet aduertenti verba ſua, & primam informationem, ipſis dedit per exemplum Chriſti dicens: Quod accepi vobis tradidi, ideſt dedi, & non præcepi, immo nec Chriſtus præcepit extra ſacrificium, vt prius dictum eſt, & poſterius adhuc dicetur. Quoniam dominus noſter

ſter Ieſus Chriſtus,in qua nocte tradebatur,accepit panem,gratias agens &c. Ac ſi diceret,quēadmodum dominus diſcipulis tradens corpus, & ſanguinem reuerenter ſe habuit circa dictam traditionem : ſic & vos reuerenter habere debetis circa dominicam cōmunicationem . Et ſicut Chriſtus dixit,Hoc facite in meam cōmemorationem:ſic & vos,quotieſcunq; panem hunc , & calicem bibetis,mortem domini, & eius paſsionem pro vobis factam annunciabitis , ideſt memoramini:quod vtique faciendum eſt,donec dominus veniet ad iudicium:quia hoc non mutabitur ſecundum gloſam vſque ad diem iudicii , ſicut ſacramenta Iudæorum uariata ſunt. Quam quidem mortem, & eius paſsionem expreſsius ſignificamus , & annunciamus ſub vtraque ſpecie ſumendo , quam ſub altera tantum , non tamen oportet , nec expedit propter cauſas ſuperius in tertia parte dictas,quòd hoc fiat a laicis,ſeu a nō ſacrificantibus,ſed ſufficit , quòd fiat per ſacerdotes ſacrificantes,qui ſciunt ſacramenta caute tractare,& tenentur ſub vtraque ſpecie conficere,& ſub vtraq; ſpecie ſumere, & hoc propter talem integritatem , & perfectionem huius ſacramenti , quod ad eius ſignificationem , pro cuius maiori,& clariori intelligentia ſunt rememoranda verba Bonauenturæ prius in ſecunda parte pro probatione noni membri adducta, & ibi vide ea ſi placet.etiam ad completam ſignificationem requiruntur ambæ ſpecies : ideo quia hoc

ſacra-

panem,vel biberit calicem domini indigne,reus erit corporis,& ſanguinis domini.quæ particula loquitur vniuerſaliter de omnibus, & nõ ſolum de ſacerdotibus. & ſequitur ibidem : probet autem ſeipſum homo:& ſic de pane illo edat,& de calice bibat. Quæ particula iterum ad omnes ſe extendit,eo quòd quilibet homo volens hoc ſacramentum percipere, tenetur ſe prius probare, & probatus de pane illo edere, & de calice bibere, & per conſequens intentio beati Pauli fuit, quòd quilibet tenetur ſacramentum eucharistiæ ſub duplici ſpecie percipere. Item Apoſtolus in eodem capitulo dicit, hoc autem præcipio . vbi videtur loqui præceptiue de communicatione laica ſub vtraque ſpecie. Vbi dicit Lyra,ſicut allegant aduerſarii, hoc verbum præcipio , refertur ad ſequens,ſcilicet ad illud,Probet ſeipſum homo. Itẽ Apoſtolus laudauit Corinthios in hoc , quòd ſub duplici ſpecie cõmunicauerũt,ſed hoc non feciſſet niſi mandatum Chriſti, & ſuum impleuiſſent,ergo &c.maior patet in eodem capitulo poſt verba iam allegata , vbi dicit , laudo vos in hoc,ſcilicet,quòd ſub duplici ſpecie communicatis,ſed in hoc non laudo, quòd inebriamini & ſciſſuras facitis.Item glo. ibidẽ ſuper illo verbo,cætera cum venero diſponã, dicit,hoc quod dixi tenete:cætera autem de eodem,ideſt,quæ ad huius ſacramenti ordinem pertinent,cum venero diſponam: ſed his carere non poteſtis.vbi videtur velle glo.quòd cõmunicatio duplicis ſpeciei

ſacramentum eſt memoriale dominicæ paſsionis,prout ita fuit in corporis Chriſti multiplici affli&tione, & in eius ſanguinis copioſa effuſione:ideo oportuit in ipſo vtrunque eorum, ſcilicet corpus, & ſanguinem diſtincte ſignificare. Corpus quidem per ſpeciem panis, ſanguinem effuſum per ſpeciem vini,etiam, quia hoc ſacramentum ſignificat aſſumptionem totalis humanitatis a Chriſto,tam quo ad animam,quàm quo ad corpus.Et ſignificat perfectam noſtram redẽptionem tam in corpore,quàm in anima,vt videtur velle Magiſter in 4.diſtin. 11.dicens,quòd in duabus ſpeciebus celebratur, vt animæ,& carnis ſumptio in Chriſto, & vtriuſque liberatio in nobis ſignificetur.Hæc autem ſignificatio non poteſt fieri in altera ſpecie tantum, ſed per ambas ſimul,vt ſic per ſpeciẽ panis ſignificetur corpus, & per ſpeciem vini anima,cuius ſedes eſt in ſanguine:ſicut communiter dicunt Philoſophi naturales,& quoniam in commemorationem mortis Chriſti,hoc ſacramentnm debet ſumi, vt declaratum eſt:ideo Apoſtolus dat eis conſequenter aliam doctrinam dicens, itaque quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indigne.glo.Ambroſii, Indignus eſt,qui aliter celebrat myſteriũ euchariſtiæ quam a Chriſto traditum eſt. ecce notanter dicit, celebrat,& non communicat,vel ſumit.& ſubdit glo.Et qui non deuote accedit ad euchariſtiam, vel in voluntate peccandi manet,iſte talis reus erit corporis

ſub ſpecie panis tantũ. Dicunt tñ multi probabi liter, quòd licet primitiua Eccleſia aliquibus fide libus ſic ſit miniſtratũ: non tamen oĩbus, ſed Co rinth. & paucis aliis, qui ritũ, & modũ eorũ ſunt ſecuti, nec inuenitur, quòd ſic apoſtoli alios cõ municaſſent. ſed habetur bene Act. 2. quòd apo ſtoli cum aliis fidelibus erant perſeuerantes in oratione, communicatione, & fractione panis: vbi ſolum mentio de communicatione ſub una ſpecie, ſcilicet panis. & doctores cõmuniter hoc exponunt de corpore Chriſti, & præſertim Ma giſter in Scholaſtica hiſtoria exponit in commu nicatione, & fractione panis, ideſt euchariſtiæ, quia in primitiua eccleſia crebro fideles conue niebant ad percipiendum euchariſtiam. hæc ibi. Secundo ſequitur, quòd licet Apoſtolus de illa communicatione utriuſque ſpeciei in auctorita tibus præmiſsis ſit locutus, non tamen per eas præcipit in futurum ſemper ſic fore ſeruandum, nec dicit dominum talem modum communican di omnibus præcepiſſe. patet hoc corollarium ponderanti ſimplicia uerba Pauli. nullibi enim cum loquitur de Euchariſtia, & ipſius perceptio ne, ſub utraque ſpecie utique uerbo præceptum importante, nec dicit alicubi dominum hoc præ cepiſſe: ſed ſecundum intentionem beati Aug. ad Ianuarium dicens, hæc diſcipulorum, & ſuorum ſucceſſorum diſpoſitionẽ reſeruauit. Dicit enim beatus Auguſtinus: Saluator quò uehementius commendaret myſterii huius altitudinem, ulti mum

mũ uoluit hoc infigere cordibus,& memoriæ discipulorum, a quibus per pasſionem digreſſurus erat. & ideo non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, vt apoſtolis, per quos eccleſiam diſpoſiturus erat,& ſeruaret hunc locum. hæc ille. Tertio ſequitur, quòd ad integritatem, & perfectionem huius ſacramenti quo ad eiuſdem efficaciã, ideſt ad cauſandum in eo, qui digne ſuſcipit totalem eius effectum non requiritur vtraq; ſpecies, ſed ſufficit altera earum. patet, quia efficaciam ſacramenti, quam ſic ſumens habet illam, habet ex opere operato, non ratione ſigni viſibilis, ſed ratione contenti ſub eo, & quia idem cõtinetur ſub vtraque ſpecie,& non plus ſub ambabus, neque minus ſub altera earum. ergo corollarium verum. Quarto ſequitur, quòd ad totalem refectionem ſpiritualem non requiritur vtraque ſpecies, ſed ſufficit altera earum. patet, quia refectio ſpiritualis fit ratione contenti. Sub ſpecie autem panis continetur cibus,& potus tàm uere,& realiter, ſicut ſub ambabus ſpeciebus. Ibi enim continetur cibus animæ, ſcilicet corpus Chriſti, & potus, ſcilicet ſanguinis Chriſti, omni modo exiſtendi, ſicut ſub ſpecie uini. Qui ergo ſumit ſacramentum ſub ſpecie panis, ſumit cibum,& ſumit potum, licet non per modum potus in ordine ad ſenſum, quia non ſub ſpecie potabili: illud autem nihil uariat quo ad efficaciam refectionẽ totalem, ſaltem quo ad opus operatum, licet uariet quo ad ſignificationem. Quinto ſequitur

quo

quo ad integritatem huius ſacramenti quo ad eius ſignificationem non ſufficit altera illarum ſpecierum, ſed ambæ requiruntur. patet ex dictis. Voluit tamen eccleſia hãc perfectam ſignificationem fieri per ſacrificantes in celebratione Miſſæ, quæ eſt repræſentatiua paſsionis Chriſti, quibus dedit dominus poteſtatem conficiendi, & aliis miniſtrandi hoc ſacramentum. Et ideo eccleſia inſtituit, & inuiolabiliter vult obſeruari vt ſacrificantes ſub vtraque ſpecie conficiant, & ſub vtraq; ſumant. & hoc coram populo, vt ipſe populus continue aſsiſtens diuinis conſequatur fructum, quem ſibi afferre poteſt huius ſacramenti perfecta ſignificatio, inquantum excitat homini deuoto memoriam paſsionis Chriſti, & redemptionis noſtræ, ac omnium bonorum quæ inde ſumus conſecuti. Sexto ſequitur, licet in primitiua eccleſia mos communicandi ſub vtraque ſpecie fuerit circa laicos aliquo tempore ſeruatus: tamen creſcente multitudine populi Chriſtiani prouide, & rationabiliter introducta eſt conſuetudo miniſtrandi euchariſtiam laicis ſolum ſub ſpecie panis. patet, quia, vt dictum eſt, laici recipiunt hoc ſacramentum ad refectionem ſpiritualem, vt iſtam conſequantur quantum eſt ex opere operato ſub vna ſpecie. Cum ergo, vt dictum eſt in tertia parte principali, vt plura pericula poſſunt contingere faciliter, ſi laici communicarentur ſub vtraq; ſpecie, quæ ſub vna non cõtingunt: & cum de effectu ſacramenti nihil eis

P iſto

isto modo depereat, & significatio sacramenti totalis posit quotidie coram eis fieri ad excitandam pasionis Christi memoriã, sequitur, quòd ecclesia istum modum communicandi eos sub sola specie panis rationabiliter induxit, quod fuit probandum. Illis præmisis respondetur ad auctoritates Pauli, & primo ad primum. Et quando dicit, ego accepi &c. ibi dico, quòd sicut dominus instituendo sacramentum eucharistiæ ipsum confecit, & sub vtraq; specie apostolis ministrauit: sic ecclesia primitiua eundem modum ministrandi fidelibus sub vtraq; specie aliquo tempore obseruauit. Et hoc vult Apostolus in illa auctoritate, scilicet, quòd tunc fiebat, nec tamen per hoc præcipit in futurum sic seruare, non dicit a domino sic esse præceptum: sed quando vlterius arguitur: sed consuetudinem Christi, nulla consuetudo humana, vel statutum humanũ potest tollere, vel mutare &c. Ibi dico, quòd constitutionem Christi quo ad substantialia illius sacramenti non potest tollere constitutio, vel quæcunq; consuetudo humana, tamen quo ad accidentalia tollere potest, & immutare, sicut de facto fecit ecclesia. Christus enim confecit post cœnam in azimo, & non ieiunus, & illo modo discipulis ministrauit: ecclesia tamen per aliquod tempus in fermentato ex certis causis confecit, & iam statuit, quòd solum a ieiunis in azimò cõficiatur, exceptis casibus certis, & a solis ieiunis recipiatur, vt de hoc sufficienter dictum est supra

pra in ſolutione primæ auctoritatis. Sed quod eccleſia potuit aliqua præcepta domini, quo ad accidentalia variare, & immutare ſic declaratur. Fides noſtra profitetur eſſe vnũ Deum omnipo tentem, omniſcientem, & incommutabilem, ſpecie tamen ſecundum exigentiam, & diuerſitatem temporum varias leges dedit, vt aliter homo in ſtatu naturæ, aliter in tempore legis, & aliter in ſtatu gratiæ ſaluaretur, non quòd tunc alia eſſet fides, quam nunc: ſed vna eadem eſt, per quã omnes iuſti ab Abel vſq; ad vltimũ iuſtum Deo placuerunt. quia ſecundum Apoſt. ad Epheſ. 4. vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus omnium. Sed mutatio non fidei, ſed cerimoniarum a domino traditarum. Similiter ante quàm daretur circuncíſió, quibus ſaluator, qui per legem naturæ bene, & debite vixerat, vt Adam, Seth, Enoch, Noe, Iob, & reliqui plures. decurſis autem certis temporibus ſtatuit Deus pactum cum Abraham, & ſemine ſuo in circunciſione. Nam vt habetur Geneſ. 17. Poſtquàm Abraham eſſe ceperat octuaginta nouem annorum, apparuit ei dominus, & dixit ad eum: Ego dominus omnipotens ambula coram me, & eſto perfectus, ponamque fœdus meum inter me, & te. Et poſt pauca ſequitur: Statuamq; pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno. & infra, Tu ergo cuſtodias pactum meũ, & ſemen tuũ poſt te in generationibus ſuis, hoc pactum eſt, quod obſeruabitis. Circũciditur

ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me,& vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis omne masculinum in generationibus vestris. Atque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo,quia pactum meum irritum fecit. Ecce fœdus æternum inter Deum,& Abraham, & semen eius post ipsum. Moyses tamen cum educeret filios Israel de Aegypto,circuncisionem tam stricte a dn̄o præceptam per annos 40. ob causam itineris intermisit, non enim in deserto leguntur Israel circuncisi:sed postquam Iosue eos trans Iordanem in terram promissionis eduxerat,ibi in Galgalis, seu in cole præputiorū iuxta domini præceptum eos circuncidit. Iosue quinto. Ipse denique dominus noster Iesus Christus, pro nostra salute ex Virgine natus,octauo die legitur circuncisus. Luc. 2. Et quamuis omnes apostoli fuerunt carnaliter circuncisi,vt communiter creditur,tamen post spiritus sancti aduētum: ipsam circuncisionem tam stricte in veteri lege a domino præceptam per amplius obseruari non debere vnanimiter statuerunt, prout habetur Actuum 15. vbi dixit Petrus, Quid tentatis Deū imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri,neque nos portare debuimus? Sed per gratiā domini nostri Iesu Christi credimus saluari,quemadmodum & illi. & in-

fra

fra eodem cap.dicitur, Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis nihil vltra vobis imponere oneris, quàm hæc neceſſaria. Vbi per ſpiritum ſanctum, & per apoſtolos circunciſio totaliter fuit ſublata. Ex quibus apoſtolorum verbis elicitur poteſtas eccleſiæ, & veritas indefectibilis in his, quæ ſunt fidei, & de neceſsitate ſalutis. Et Paulus ad Coloſſen.5.dicit. Si circuncidimini, Chriſtus vobis in nullo proderit: vbi apparet ſublatio, immo annullatio circũciſionis, quæ debuit ſub pœna mortis lata ab ipſo domino æternaliter obſeruari. Si ergo Moyſes potuit præceptum circunciſionis ex cauſis rationalibus interrumpere, & apoſtoli quo ad Chriſtianos totaliter potuerunt tollere, quare eccleſia, quæ non eſt minoris, non poſſet illum modum communicandi ex cauſis rationabilibus, & propter prædicta pericula euitanda inmutare? immo & de facto immutauit. etiam Leuit.8. habetur, quòd panes propoſitionis laicis non debebant exponi ad manducandum, & tamen Dauid cum pueris ſuis tempore neceſsitatis apud Abymelech ſacerdotem eis vſus fuit, videlicet 1.Reg.21.Matth.12.& Lucæ.6. Si ergo Dauid potuit illud præceptum infringere, quare eccleſia non poſſet hoc, quod non eſt Chriſti præceptum, vel apoſtolorum immutare? Ad ſecundam dicitur. Sicut communiter doctores catholici dicunt, quòd beatus Paulus per illa verba non præcipit Corinthiis ſub vtraque ſpecie communicare, ſed pro illo tempore conſuluit ipſis,

quòd pasſionem domini deberent memorari, quãdo ſub duplici ſpecie cõmunicarent,& idem debent facere ſacerdotes in altari ſub duplici ſpe cie communicantes. & ſimiliter laici,qui modo ſub vna ſpecie communicant, memorari pasſionem dominicam debent. Ad tertiã dicitur,quòd Apoſtolus loquebatur hæc omnibus Corĩthiis, & aliis fidelibus primitiuæ eccleſiæ,qui ſub vtra que ſpecie communicabant,modo autem ſolum extendit ſe ad ſacrificantes.laicus autem,qui mo do ſecũdum eccleſiæ obſeruationem ſolum ſub vna ſpecie communicat,ſi indigne communicat, etiam reus erit corporis,& ſanguinis domini. Eſt tamen aduertendum,quòd hæc indignitas ſecun dum glo.beati Ambr.& Lyram,tripliciter poteſt contingere. Vno modo ex ipſa celebratione,vt ſi quis non ſeruat ritum a Chriſto inſtitutum, vel etiam inſtituta eccleſiæ offerendo alium panem, vel aliud vinum. Secundo modo,ex parte ſumen tis,quia ſumit cum voluntate peccandi mortaliter de futuro,vel quia eſt impœnitẽs de præteri to. Tertio modo ex defectu deuotionis, quia di ſtricta mente ex occupatione temporalium,acce dit ad hòc ſacramentum, habitualiter tamen reti net debitam reuerentiam, primæ duæ indignitates faciunt reum corporis, & ſanguinis domini. Tertia autem non ipſa impedit tamen fructum ſacramenti ſaltem in parte, vbi conſequenter no tandum eſt, quòd indigna ſumptio huius ſacramenti ſecũdum Apoſtolum,& doctores ſanctos

multa

multa mala inducit. Vnde dicit Apoſtolus, Qui manducat indigne. glo. vt qui in crimine eſt, vel irreuerenter tractat iudicium. glo. ideſt damnationem manducat, & bibit, non diiudicans. gloſ. ideſt diſcernēs corpus domini. glo. ab aliis cibis. Sed indiſcrete, & irreuerenter ſumit venerationem ſingulariter debitam nō exhibens, per hoc ſecūdum gloſam Ambroſii docet deuote, & cum tremore accedendum eſſe ad communionē, quia dominus eſt, cuius caro ſumitur, vt gratiam reddere videamur redemptori. & ſequitur, Ideo inter vos, ideſt, quia indigne ſumitis. ideo inter vos multi ſunt infirmi. glo. longa inualitudine, & dor miunt multi. glo. ideſt mortui ſunt. glo. morte corporali, hoc autem fit ad correptionem aliorum. hæc ibi. Vnde, indigna communio hominē peccatis illaqueat, damnationem præparat, proxi mum ſcandalizat, mentem excæcat, tentationi ſubiugat, Deum irritat, vitam temporalem breuiat, gratuitis, & æternis bonis ſpoliat. De his dicitur in pſal. 68. & fiat menſa eorum coram ipſis in laqueū. quo ad primum. Et in retributionem. quo ad ſecundum. Et in ſcandalum. quo ad tertiū. Obſcurentur oculi eorum ne videant. quo ad quartum. Et dorſum eorum ſemper incurua. quo ad quintum. Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. quo ad ſextum. Et fiat habitatio eorum deſerta. quo ad ſeptimū. Et in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet. quo ad octauum. Et beatus Hilarius con-

cordat, dicens, Qui corpus Christi indigne manducat, dominum ad vindictam excitat, vitam suã breuiat, sanctos a se fugat, & hostem suum, scilicet diabolum lætificat. hæc ille. Ad quartam dicitur, quòd illa particula extendit se ad primitiuam ecclesiam, non per modum præcepti, sed cõsilii, illo modo videlicet, quòd ille, qui pro tunc communicabat sub vtraq; specie debeat se prius probare, & probatus, de pane illo edere, & de calice bibere. Ecclesia autem sequens, & moderna circa hoc consilium in parte dispensat, & ipsum vniuersaliter non acceptauit, & præsertim quo ad illam partem secũdam. Et de calice illo bibat, quo ad non sacrificantes propter pericula, & nocumenta prius in tertia parte enumerata: sed recepit illum solum quo ad sacrificantes, cui cautius possunt, & sciunt periculis obuiare. Et quoniam circa communicationem sub speciebus panis, & præsertim quo ad laicos non contingunt tot pericula: ideo primam partem vniuersaliter recipit ecclesia, scilicet de pane illo edat. Sed quòd ecclesia potest, & potuit contra aliqua consilia beati Pauli dispẽsare. patet, quià beatus Paulus 1. ad Thy. 3. consuluit, quòd Episcopus, siue sacerdos debet vnius vxoris esse vir. Ecclesia autem dispensat cum bigamo. Secundo, sacerdotibus vxores abstulit per decretum Calixti Papæ. Debet ergo sic intelligi illa auctoritas secundum beatum Thomam de Aquino in tertia parte suæ summæ. Probet autẽ se ipsum homo, idest, quilibet

bet accedens ad hoc sacramentum. probet, idest præparet, examinet, & emundet se ipsum, idest cõscientiam suam. præparet per cordis veram contritionem, oris confessionem: examinet, an habeat sanctitatem in corde, veritatem in ore, perfectam conuersationem in opere. purget, seu emundet ab inani gloria intellectũ a vana cupiditate affectum. & sensum a rebellione per inobedientiam infectum. Et illo modo probatus de illo pane edat, scilicet qui secundum consuetudinem ecclesiæ sub vna specie recipit. Sacerdos autem illo modo probatus de pane illo edat, & de calice bibat. vbi dicit glos. beati Augustini, panis est salutaris non venenum mortiferum, quod edis, prius dimitte debitoribus. si non dimittis, mentiris. & ei mentiris quem fallis, mentiri eum potes. sed illum fallere non potes, intus enim inspicit, & examinat. hoc glosa. Ad quintam dicitur secundum glosam, quòd hoc non est præceptum de vtraq; specie in laica communione, sed est præceptum de velandis capitibus mulierum. vnde dicit glo. Hoc autem præcipio obseruari, quod dictum est de velandis capitibus auctoritate præcepti, vtitur apostolus, vt obtemperent. Valde enim incongruum est secundum beatum Augustinum in libro de Opere monachorum, velle sibi obtemperari maioribus, quod faciunt aduersarii fidei non obtemperantes Papæ, & militanti ecclesiæ in laica cõmunione. & subdit glosa beati Augustini. hinc etiam ostendit quædam

quædam esse, de quibus non est dispensandum, sed auctoritati præcipientis acquiescendum. vnde ait Apostolus, Hoc autem præcipio, vt scilicet non differentis solertia requiratur, sed præcipientis auctoritas attendatur. hæc glo. Sed ad literam dico, quòd ipse non dicit illud sub illa forma: sicut ipsi aduersarii allegant. sed dicit, Hoc autem præcipio, quòd sequitur non laudans &c. & sic per hoc, quod sequitur, non debet intelligi illud, Probet autem se ipsum homo &c. idest, quòd præcipiat sub vtraque specie laicos communicare: sed præcipit secundum Lyram, quòd ordinate se habeant in communicatione, & nō cum dissensione, & in deterius conueniant, quãdo debent communicare. Vnde statim post illa verba, Hoc autem præcipio. sequitur non laudans, idest reprobans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis ad perceptionem eucharistiæ. & sic patet, quòd Apostolus non vtitur præcepto quo ad communicationem sub vtraque specie, etiam secundum intẽtionem Liræ, sed vtitur præcepto quòd conueniant ordinate, & sine dissensione, & contentione. Ad sextam dicitur secundum beatum Ambrosium, glosam, & Liram, quòd Apost. dicens, laudo vos, loquebatur ironice per cõtrariũ, idest vitupero vos, quia præcepta mea, quæ dedi vobis non seruatis. Ideo subdit, in hoc non laudo, immo vitupero, vbi minus dicendo plus significat. Ad septimam dicitur, quòd Apostolus non præcipit illam cõicationem tãquam necessariam

ſariam ſeruare:ſed mandat eis obſeruare informationes,quas dedit circa cōionem. & cū hoc glo. dicit,Sed his carere &c.debet ſic intelligi, ſed de his ſupple informationibus carere nō poteſtis: ideo illas tenete, donec ad vos veniam. & plura circa dictam communionem, & eccleſiæ ædificationem vobis dicam.Ex quo patet,quòd eccleſia plura tenet ex ordinatione apoſtolorum,quæ tamen in ſacra ſcriptura nō habentur expreſſa, pp quod ſequēda eſt cōſuetudo eccleſiæ,& ſic patet ad auctoritates Canonis Bibliæ,q̄d ſit dicendū.

Nam in tertia parte quartæ partis principalis declarandæ ſunt auctoritates ſanctorum,ac ſcholaſticorum doctorum,atque Conciliorum,& ſacrorum Canonum,quas ſæpius inepte,& truncate pro ſe trahentes aduerſarii male intelligunt,& intellexerunt.Et primò,aſsignandæ ſunt ſolutiones illarum auctoritatū generales generaliter ad inuicē non repugnantes, per quas vero ſufficienter ad omnes illas reſpondetur,vt in ſequentibus patebit &c.Secūdo,adiungendæ ſunt reſponſiones ſpeciales ad quemlibet earū ſigillatim. Quo ad primum dico, quòd auctoritates doctorū nō plus ſunt auctenticæ, nec valent ad probandum niſi in contrarium approbātur ab eccleſia.patet, quia illæ auctoritates non ſunt ſupra eccleſiam, ſed econtra,eccleſia ſupra illas auctoritates.vnde & beatus Auguſt præfert eccleſiam euangelio,dicens, Euangelio nō crederem,niſi me auctoritas eccleſiæ cōmoneret.Et beatus Luc.in principio

ſui

ſui euangelii dicit, quòd multi conati ſunt ſcribere euangelium, vbi glo. dicit, quòd quidã pſeudo ſub nomine verorum diſcipulorum Chriſti, ſcilicet Thomæ, & Matthiæ ſcripſerunt euangelia inſerentes hæreſes, & errores, vt ſub nomine diſcipulorum verorum Chriſti ſimplices deciperent. & quanquàm multi ſcripſerunt euangelia, tamen quia eccleſia ſolum quatuor recepit: igitur ſolum quatuor: & non alia ſunt auctentica. Etiam beatus Paulus ſcripſit quindecim epiſtolas, quia vnã ẽt ad Laodicẽſes, vt uidere licet ad Coloſſenſes quarto: in fine, vbi dicit. Et ea, quæ Laodicenſium eſt, vobis legatur, ſimiliter plures ſcripſit ad Senecam Philoſophũ, magiſtrum Neronis Imperatoris. Sed quia ſolum quatuordecim recepit eccleſia, ideo ſolum quatuordecim, & non aliæ ſunt auctenticæ. ergo quicquid non approbat, vel approbauit eccleſia, nõ eſt, nec meretur dici auctenticum, & per conſequens nihil probatur per talia. Ex quo ſequitur, quòd auctoritates doctorum arguere contra eccleſiam, & eius conſuetudinem approbatam, nihil concluditur. patet, quia omnes tales poteſt eccleſia approbare, vel non approbare, & recipere, vel non recipere. ergo &c. Secundo dico, quamuis ſequentes auctoritates loquãtur de cõmunione ſub vtraq; ſpecie, ſcilicet panis, & vini: nulla tamen earum, vel paucæ, de quibus ſpecialiter dicetur, dicit, vel dicunt communicationem illam laicorũ eſſe de neceſsitate ſalutis ex huius ſacramenti inſtitutione

tione, vel ex Chriſti verbo, uel mandato. Et ita fe re nulla earum facit aliquid contra dicta. & ita quaſi omnes ſuperfluæ per eos adducuntur. Tertio dico, quòd auctoritates ſequentes pro maiori parte loquuntur de ſacrificante cibos, ad quos pertinet hoc ſacramentū conficere, & ſub utraq; ſpecie ſumere propter perfectam ſignificationē paſsionis Chriſti, & refectionis completæ. & nō loquuntur de communicatione laicorum ſub utraque ſpecie, quia illi ſolum ad efficaciam reci piunt hoc ſacramentum. Quarto dico, quòd ſi aliquæ auctoritates loquuntur de communicatione ſub utraque ſpecie, quo ad laicos debent reſtringi ad illud, in quo mos ſeruabatur in ecclesia, quòd euchariſtia exhibetur laicis ſub utraque ſpecie, qui mos a tempore doctorum vſq; in præſens nunquàm apud eos fuit communis. Et ſic tales auctoritates impertinenter allegantur per aduerſarios. Nam quælibet auctoritas docto ris uerba ex cauſa tantum ceſſante cauſa ueritatis eius, ceſſat & ueritas, & allegatio ipſius. Sed propoſitiones & auctoritates doctorū, quæ oſtē dūt populum laicalem debere communicare ſub utraque ſpecie fuerunt ueræ, & allegabiles ex cau ſa inquantum eccleſia pro certo tempore eucha riſtiam illo modo diſpenſauit, & ergo ceſſante cauſa tali, ceſſare debet ueritas, & allegatio dicta rum auctoritatum. Simile huius eſt, quod quandoque iſta fuit uera, Chriſtus eſt incarnandus, quæ tamen modo eſt falſa: & tamen eſt eadem

ueritas

veritas fidei antiquorum, & modernorum: quia vna fides, vna ecclesia catholica. Quinto dico, quòd in auctoritatibus sanctorum, & doctorum per manducationem corporis, & bibitionem sanguinis, potest in generali intelligi sumptio corporis, & sanguinis Christi, & ista fit in communione sub sola specie panis tam vere, & realiter, sicut sub vtraque. & etiam secundum proprietatem locutionis in calice, sola species vini bibitur, non sanguis proprie, cum non sit effusus, sed inclusus in venis, sicut sub specie panis: immo quàmuis species vini proprie bibitur, tamen videtur, quòd sanguis non bibatur magis sub specie vini proprie, quàm sub specie panis, cum omnino eundem modum habeant existendi hic, & ibi. Quamuis ergo sancti, & doctores sæpius loquantur de sumptione sacramenti sub sola specie panis, cum in dictis suis faciunt mentionem de manducatione, & bibitione, ipsi ponunt ista duo pro sumptione, & etiam ad signandum fidelibus, quòd sub sola panis specie sumunt corpus & sanguinem Christi vere, & realiter, & non aliter sub ambabus, quàm sub vna earum, nec magis efficaciter. Sexto dico, quòd auctoritates loquũtur quo ad laicos non de manducatione, & bibitione sacramentali sub vtraque specie, sed de spirituali. Quando enim sacerdotes in altari in conspectu populi conficiunt, & sumunt sub duplici specie: tunc populus assistens in deuotione sua, manducat, & bibit spiritualiter corpus,

pus, & ſanguinem domini ea in ſinceritate fidei per recogitationes, & meditationes bonas, maſticando, & hauriendo ore cordis,& ſe Chriſto vniendo per effectum amoris. licet autem per has generales ſolutiones ſufficienter reſponſum ſit fere ad omnes poſteras auctoritates de communicatione laicorum ſub vtraque ſpecie mentionem facientes: tamen vt error aduerſariorum efficacius confutetur, ad ſingulas ſingillatim eſt reſpondendum. Primo ponendæ ſunt auctoritates illæ diuiſim ſub ea forma, qua ab ipſis in quodam tractatu proponuntur. Et ſecundo,ad quamlibet ſic propoſitam applicanda eſt declaratio,& ſolutio ſecundum intentionem doctorum,qui catholice in hac materia loquuntur.Et primo arguunt per auctoritatē beati Dionyſii,qui tempore apoſtolorū legitur fuiſſe: quē ipſi pro ſe allegant in libro eccleſiaſticæ hierarchiæ cap.3. verſus finem, ubi ſic dicit. Sacerdos enim uelatum, & non diuiſum panem reuelans, & in multam diuidens,& unionem calicis omnibus diſpartiens ſymbolice unitatem ſanctiſsimā multiplicat,& diſtribuit actionē ſacrā conſummans.hæc Dionyſius.Ex quibus uidetur elici cōmunicationē utriuſq; ſpeciei eſſe neceſſariā quo ad oēs indifferenter.Reſpondetur,quòd in nulla illius auctoritatis,nec ī toto illo cap.beatus Dionyſ. dicit illam cōionem eſſe neceſſariam, uel de præcepto Chriſti,quod tamen illi intendunt,qui proſæ eam allegant. & ergo nihil facit pro eis.

Et

Et dato, quòd beatus Dionyſius uoluiſſet populum laicum ſub utraque ſpecie debere communicare, tunc diceretur, quòd ipſe fuiſſet locutus ſecundum practicam Græcorum, quoniam & ipſe Græcus fuit, & Athenienſis. Eccleſia autē occidentalis multa non obſeruat ex cauſis rationabilibus, quæ orientalis habet in conſuetudine, ſicut patet de conſecratione in fermentato, & pluribus aliis. unde de communicatione Græcorum ſub utraque ſpecie, dicit Petrus de Tarentaſia circa 11. diſtin. 4. Græci bene faciunt ſumendo ſub utraque ſpecie: Latini tamen melius faciunt miniſtrando ſolum ſub ſpecie panis, quia cautius obuiant periculis. Cum enim in hoc ſacramento ſit ratio ſigni, ſcilicet ſignificatio pertinens ad ſapientiam, & ratio cauſæ, ſeu cauſati pertinēs ad gratiam. & quia gratia eſt omnibus neceſſaria, ideo omnibus traditur ſub una ſpecie perfecte cauſatiua gratiæ, ſub qua cum maiori cautela, & reuerentia poteſt tradi. Sed ſapientia non eſt ſic omnibus neceſſaria: ideo a ſolis maioribus, ideſt presbyteris, uel miniſtris altaris ſumitur ſub utraque ſpecie, quia maiorem cautelam, & reuerentiam ſeruare ſciunt. hæc ille. Quòd autem dicit de miniſtris altaris in paucis locis eſt conſuetum, & æſtimo, quòd ſic faciunt Ciſtercienſes: Vidi enim, quòd ſacerdos poſt ſumptionem, & miniſtrorum communicationem uini ex eis calicem non ablutum porrexit, qui reliquias ſanguinis accipiens ipſum altari tradidit miniſtro abluen-

abluendum, vel dicitur, ſic dicit beatus Thomas in tertia parte, ſacerdos offert vnum calicem pro omni populo. & ideo calix populo non datur. ſic etiam ſacerdos ſignificans vnionem calicis omnibus diſpartit, ſeu diuidit, & diſtribuit quando in perſona omnium in ſacrificio vnum offert calicem, cuius oblationis omnes fideles efficiuntur participes, & hoc per peccatorum remiſsionem. Et ſic in his ſacerdos ſacramenta conſumit actionum. Item Origenes ſuper librum Num. in Omilia 16. tractans illud Num. 23. Ecce populus vt leæna conſurget, & quaſi leo erigetur, non acubabit leo donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat, dicit. Dicat ergo nobis, quis eſt ille populus, qui in vſu habet ſanguinem bibere, non erant hii, qui in euangelio dominum ſequebantur ſcandalizati dicentes: Quis poteſt carnem manducare, & ſanguinem bibere? ſed populus Chriſtianus fidelis audit, & hæc amplectitur, & ſequitur eum, qui dicit, Niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. Reſpondetur, quòd illa auctoritas nihil facit pro communione laicorum ſub vtraq; ſpecie, niſi verba Chriſti: Niſi mãducaueritis &c. Illa autem debent intelligi principaliter de manducatione ſpirituali, vt prius ſufficienter dictum eſt. etiam quia nulla mentio in auctoritate Origenis, & Io. 6. fit de ſpecie panis, ſeu vini. & quoniam ſumens ſacramentum ſub vna ſpecie ſumit corpus, & ſanguinem domini, eo, quòd ſumit corpus viuum, quod non eſt ſine

ſanguine.igitur ſic ſumens facit hoc quod Chriſtus docet,& Origenes.Tertio,poteſt dici,quòd Origenes fuit vnus de doctoribus antiquiſsimis, cuius temporibus fortè adhuc aliqui ſub duplici ſpecie communicabant,& de illis dicit populus Chriſtianus fidelis audit &c. nullã de præcepto,& neceſsitate ſumptionis facit mentionẽ. Ipſe enim in multis ſecundum Auguſt. & Hieronymum grauiſsimè malè ſenſit de filio , peſsimè de ſpiritu ſancto:hoc eſt corpus meum,expoſuit myſticè ſolum . & ergo non multum videtur facere auctoritas ſua contra conſuetudinem eccleſiæ &c. Item beatus Hilarius octauo de Trinitate . & habetur in Canone de conſecratione diſtinctione 2.In quarto dicit de uoluntate carnis, & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus . Nunc enim & ipſius domini profeſsione,& fide noſtra uerè caro eſt, uere ſanguis eſt , & hæc accepta,atque hauſta a nobis efficiunt, ut nos in Chriſto,& Chriſtus in nobis ſit. hæc ille . Vbi Archidiaconus in Roſario dicit , hæc accepta quantum ad carnem , atque hauſta quantum ad ſanguinem ſacramentaliter de altari, & de manibus ſacerdotis . hæc Archidiaconus . Reſpondetur,quòd per illam auctoritatem non probatur propoſitum,ex eo, quòd non dicit de neceſſitate huius communionis : quam tamen illi intendunt probare ex ea. Et dato,quòd illum modum beatus Hylarius obſeruaſſet , quia fuit unus de antiquiſsimis doctoribus,& ſanctis:Ex hoc ta-

men

men non habetur , quod iam ſit obſeruãdum,eo eccleſia aliter ordinauit,& ſtatuit . Aliter poteſt dici , quòd hæc auctoritas intelligitur de ſacerdotibus tantum,quod patet per hoc,quod dicit, Et hæc accepta, atque hauſta a nobis , ſcilicet , a me,& ab aliis ſacerdotibus . Alio modo dicitur, quòd illa particula, Accepta,atque hauſta,debet ſic exponi ſecundum gloſam decreti, de conſec. diſtin.2.In Chriſto,accepta a Chriſto,atque hauſta,ideſt a nobis ſumpta . Ita quòd ly hauſta,ſumatur generaliter per ly ſumpta , & non ſpecialiter prohibita . Huic concordat Archidiaconus ibidem , qui exponens duas expoſitiones illorum uerborum,in ſecunda ſic dicit.Accepta doctrinaliter a Chriſto ſacramentum inſtituẽte.prima ad Corinth. 11.Ego accepi a domino, quod & tradidi.uobis hauſta ſacramentaliter de altari de manu ſacerdotis. hæc Archidiaconus . Vbi ly hauſta,ponitur pluraliter,&extendit ſe ad utrũque,ſcilicet ad corpus,& ad ſanguinem , quia de utraque eſt ſermo . Et cum corpus non hauriatur propriè,oportet ly hauſta,ponere loco illius termini ſumpta, uel conſimilis . & tunc ſenſus eſt , Corpus , & ſanguis hauſta , ideſt ſũmpta ſacramentaliter de altari , & de manu ſacerdotis efficiunt,ut nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit,& hoc fit uerè, & realiter . Tunc quando communicamus ſub una ſpecie, qui tunc ſumi corpus , & ſanguinem domini cum totali efficacia , licet non vtrunque illorum ſub proprio

signo,quando allegatur Archidiaconus.Ibi dico tria.Primo,quòd beatus Hilarius cautius loquitur, quàm glosator, & etiam quàm Archidiaconus,quia non dicit de sumptione vtriusq; speciei,sed de carne,& de sanguine sumuntur,& hauriuntur sub vna specie. nec omnes glosæ in iure sunt auctenticæ,& approbatæ,nisi inquantũ consonant scripturæ, & auctoritati ecclesiæ, & eius consuetudini. Secundo dico, quòd ipse Archidiaconus manifeste ponit,& approbat communionem laicam sub specie panis. Nam super cap. Comperimus, prope finẽ, Explicite hoc docet, addendo ibidem ad glosam verba Petri de Tarentasia, quæ sunt posita in responsione ad auctoritatem beati Dionysii. & in cap. Presbyter. de conse.dist.2.dicitur,Presbyter semper habeat eucharistiam paratam, vt quando quis infirmatus fuerit,statim eum communicet,ne sine communione moriatur. vbi glosa dicit, Sanguinem non præcipit seruare, quia opus esset nimia cautela in seruanda.ergo propter cautelam non seruatur,ne fundatur.vbi dicit Archidiaconus, Adde præterea nõ est opus,quia vbi est corpus, ibi & sanguis.hæc Archidiaconus.Quia igitur sic approbat illam communionem,non est verisimile, quòd tantus vir voluerit sibi ipsi contradicere. Tertio dico, quòd ipse ponit duas glosas illorũ verborum accepta,atque hausta vna.accepta doctrinaliter a Christo sacramentum instituente,& hausta sacramentaliter de altari,& de manu sacer-

ſacerdotis, & ad illam additur ſacramẽtaliter de altari,& de manu ſacerdotis. Aliam ponit, quæ eſt prima in ordine accepta, quo ad corpus, & hauſta quo ad ſanguinem, & huic non addit illa verba,quæ ſequuntur in auctoritate per aduerſarios allegata,ſcilicet ſacramentaliter de altari; & manu ſacerdotis: & quia illa gloſa videtur aliqualiter inepta, eo quòd loquitur de vero corpore, & ſanguine domini, & ſic iſti termini accepta,& hauſta, referuntur ad verum corpus, & ſanguinem Chriſti.& cum pluralis numeri tũc erit ſenſus,hæc ſcilicet corpus, & ſanguis domini accepta quo ad carnem.& hæc, ſcilicet corpus,& ſanguis domini hauſti quo ad ſanguinẽ. Modo hæc locutio videtur inepta, ſcilicet quòd corpus, & ſanguis hauriatur quo ad ſanguinem. & ideo Archidiaconus, dimiſſa illa gloſa tanquàm inepta, quam illi proſæ cum additione extranea allegat, & dedit ſecundã,de qua prius dictum eſt. In qua etiam concordat gloſa decreti prius tacta. Item beatus Ioannes Chryſoſtomus in ſuo dialogo libro 3.cap.1. dicit, illud eſt myſterium, ſine quo nobis nec ſalus, nec ea, quæ bona ſunt promiſſa diuina. Nemo enim valebit ingredi in regnum cœlorum, niſi ex aqua prius renatus fuerit, & ſpiritu ſancto: & qui non manducat domini carnem,nec bibit eius ſanguinem, non habebit vitã æternam: quæ per nullius alterius, quam ſancti efficiuntur manus ſacerdotis.hæc ille.Reſpondetur.Beatus Chryſoſtomus in illa auctoritate duo

videtur dicere: Primum est, sicut baptismus regu lariter quo ad omnes homines est sacramentum necessitatis, sic & manducatio, & bibitio corporis, & sanguinis domini. & hoc est solum verum de manducatione, & bibitione spirituali corporis, & sanguinis Christi, idest de vnitate, & communicatione per fidem, & charitatem ad membra ecclesiæ cum Christo capite, quæ vnitas est tantum res huius sacramenti, & significatur per verum corpus, & sanguinem eius. Secundo dicit Chrysostomus, quòd per nullius alterius quam sancti efficiuntur manus sacerdotis: dico, quòd sic debet intelligi, quæ scilicet sacramenta per nullius efficiuntur, idest consecrantur ministerialiter, nisi per manus sacerdotis, idest per sacer dotem, capiendo partem pro toto. vel efficiũtur, idest ministrantur solum per manus sacerdotis. & hoc similiter est verum. nec ex hoc sequitur, quòd sub duplici specie hoc sacramentum debet ministrari, quia in illa auctoritate Chrysostomus de nulla specie facit mentionem. & dato, quòd fuisset intentio sua, quòd sub duplici specie deberet ministrari, diceretur, quòd fuisset secundum intentionem Græcorum, quia & ipse Græcus fuit. Quia autẽ additur, sancti sacerdotis, ex hoc videtur, quòd sacerdos malus nõ posset conficere. Respondetur vno modo si efficiuntur, sumitur proprie, tunc, quia solum per Christum conficitur hoc sacramentum principaliter, & auctoritatiue. Auctoritas habebit veritatẽ de Chri-

Chriſto. Aliud enim ſacerdos ſolum conſecrat miniſterialiter,& quodãmodo diſpoſitiue. Alio modo dicitur,quòd omnis ſacerdos rite conſecratus eſt ſanctus quo ad officium ſine poteſtate conſecrandi:quia illam non habet a ſe, ſed a ſpiritu ſancto: non autem omnis eſt ſanctus quo ad perſonam,ſiue vitam ſuam, quæ requirit charitatem. Alio modo dicitur,quòd intelligitur de efficientia meritoria, quo ad ſacerdotem. Nullus enim meritorie conſecrat, niſi ſit ſanctus,& quo ad poteſtatem,& quo ad vitam. Tamen de quidditate ſanctitatis eſt ſciendum, quod ſanctitas ſecundum beatum Dionyſium 12. cap. de diuinis nominibus,eſt munditia vera ab omni immunditia,& perfecta,& omnino immaculata. Vbi ſecũdum beatum Thomam in commento eiuſdem libri tres gradus munditiæ deſignantur,qui ad ſanctitatem requiruntur. Primus eſt libertas ab omni immunditia,libertas enim opponitur ſeruituti:ſeruitus autem immunditiæ exiſtit,quæ totaliter ab immunditia vincitur, & ei ſubiicitur. primus igitur gradus munditiæ eſt,vt aliquis a ſeruitute liberetur. Secundus gradus eſt,vt ſit munditia perfecta: perfectum vero eſt, cui nihil deeſt vno metaphorice. Contingit autem quandoque, quòd aliquis immunditiæ peccati non ſubiaceat, dum in eo peccatum non regnat, deeſt tamen ei aliquid ad munditiam pertinens inquantum paſſionibus immunditiæ inquietatur, quæ cum tollitur,ſit perfecta munditia. Tertius gradus mundi

tiæ est, vt sit omnino immaculata. maculari autem dicitur, nõ quòd ab intrinseco, sed ab extrinseco coinquinatur. erit ergo omnino immaculata munditia, non cum solum in seipso aliquis puritatem habet: sed etiam cum nihil est exterius, quod eum ad munditiam trahere posit, & in his tribus gradibus munditiæ ratio sanctitatis videtur consistere. hæc sanctus Thomas. ex quo sequitur primo, quòd nullus peccato mortali detentus est, & dicitur sanctus: patet, quia ei deficit primus gradus munditiæ, eo quòd totaliter ab immunditia etiam vnius peccati mortalis vincitur. Secundo sequitur, quòd illo gradu est, & dicitur sanctus incipiens, proficiens, & perfectus. patet, quia incipiens participat de sanctitate in primo gradu, quia nullus est incipiens, qui detinetur aliquo mortali peccato. proficiẽs vero satagit a primo gradu ascẽdere secundum: sed perfectus nititur ascendere a gradu secũdo vsque ad tertium. Tertio sequitur, quòd inter incipientes, & etiam inter proficientes, similiter & inter perfectos est reperire gradus sanctitatis diuersos. patet, quia vnus quandoque melius incipit sanctè viuere, quàm alius, & eodem modo est inter proficientes, & etiam inter perfectos. Quarto sequitur, quòd differenter dicũtur, & sunt sancti isti iusti, qui sunt in via, & illi, qui sunt in patria. patet, quia sancti in via quandoque deficiunt in secundo, vel tertio gradu sanctitatis, sed non sic sancti in patria. Quinto sequitur, quòd non sunt duo

sancti

ſancti reperibiles nec in via, nec in patria per omnia ſibi coæquales. patet etiam ex dictis, & etiam de quolibet verè dicitur. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Vltimo ſequitur, quòd ſanctitas aliter competit Deo, & aliter omni ſancto creato. patet, quia Deus dicitur ſanctus ſanctorum, non autem ſic aliquis ſanctus creatus. etiã Deus dicitur ſanctus per eſſentiam. Alii autem dicuntur ſancti per participatione: docet enim beatus Dionyſius ubi prius, Omnis munditia quorumcunque ſanctorum præexiſtit in vno, quod eſt prima cauſa. diſtribuitur mũditia, & puritas ad omnes ſanctos, ſecundũ quòd cuilibet competit. hæc ille. Item arguitur auctoritatibus Cypriani martyris: quarum prima ponitur epiſtola. 33. ad Cecilium de ſacramẽto dominici calicis, vbi ſic dicitur. Quãquàm ſcientia frater chariſsime plurimos Epiſcopos eccleſiis dominicis in toto mũdo diuina dignatione propoſitos, euangelicæ veritatis, ac dominicæ traditionis tenere rationem, nec ab eo, vt Chriſtus magiſter præcepit, & geſsit, humana, & nouella inſtitutione decedere: tamen quoniã quidam, vel ignoranter, vel ſimpliciter in calice dominico ſanctificando, & plebi miniſtrando non hoc faciunt, quod Ieſus Chriſtus dominus noſter ſacrificii huius auctor, & doctor fecit, & docuit, religioſum, ac neceſſarium duxi ad vos de hoc literas facere, vt ſiquis adhuc in iſto errore tenetur, verit atis luce perſpecta, ad radicem, atque originem

tradi-

traditionis dominicæ reuertatur. Nec nos putes frater charissime arram,& humana conscribere, aut vltronea voluntate,hæc vobis audacter assumere cum mediocritatem nostram semper humili moderatione teneamus. Sed quãdo aliquid Deo inspirante,& mandante præcipitur, necesse est,vt domino seruus fidelis obtemperet, excusatus apud homines,quòd nihil sibi arroganter assumat, qui offensam domini timere compellitur,nisi faciat quòd iubetur. hæc ille. Secunda au ctoritas eiusdem de eadem epistola. Et quemadmodum vino isto communi mens soluitur, anima relaxatur,& tristitia hominis expellitur:ita & sanguini domini, & poculo salutari exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio pristinæ conuersationis sæcularis. Et mæstum pectus,ac triste,quod prius peccatis augẽtibus premebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur, quòd tunc demum potest lætificari in ecclesia bibentem turbam, si quod bibitur dominicam teneat veritatem.& infra. Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere? & infra. & habetur de consec. dist. 2. Scriptura. Videamus frater charissime, si quis de antecessoribus nostris,vel ignoranter,vel simpliciter non hoc obseruauit,& tenuit,quod nos dominus facere exẽplo,& magistro suo docuit, potest simplici eius de indulgentia venia concedi. Nobis vero non potest ignosci,qui nunc a domino moniti,& instructi

structi sumus, vt calicem dominicum vino mixtum, secundum quod dominus obtulit offeramus. & de hoc quoq; ad collegas nostras literas dirigamus, vt vbiq; lex euangelica, & traditio dominica seruetur, & ab eo, quòd Christus docuit, & fecit, non recedatur. hæc ille. Tertia auctoritas eiusdem, & habetur in epistola 37. de lapsis, vbi dicit. Et cum adhuc fiat eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos igitur tutos esse contra aduersarium, volumus munimẽto, dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus, aut prouocamus eos in confessione sanguinem fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus, aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia domini poculum iure cõmunicationis admittimus? hæc ille. Quarta auctoritas eiusdem, & habetur in Canone dist. 8. Si solus. vbi dicit, Si solus Christus audiendus est, quod non debemus attendere quid aliqui ante nos faciendum putauerunt: Sed quid qui ante nos omnes est Christus prior fecit. neque enim hominis cõsuetudinem sequi oportet: sed Dei veritatem, cũ per Isaiam prophetã loquatur Deus, & dicat, Sine causa colunt me, mandata, & doctrinas hominum docentes. hæc ille. Sed Christus hoc sacramẽtũ sub duplici specie instituit, & ministrauit, igitur & nos sic debemus ministrare. Respõdetur vno modo ad oĩa illa dicta Cypriani, quòd ecclesia nõ approbauit oĩa dicta eius, nec recepit. Ipse

enim

enim cum octuaginta Episcopis dixit hæreticos, & scismaticos non posse baptizare, & quod baptismus ab hæreticis collatus esset lauacrum diaboli: in quo tamen ipse non tenetur, eo quòd ecclesia oppositum determinauit, vt habetur 32. distinc. 6. vnde beatus Augustinus de eo dicit: Ego dicta Cypriani non approbo, cuius martyrium veneror, cuius ingenium laudo, quia ecclesia nõ approbauit, vbi male sensit. hoc enim purgatum est igne passionis, nec omnia eius opuscula recepta sunt ab ecclesia. Secundo potest dici, dato quòd communicatio laicorum vtriusq; speciei fuisset de intentione beati Cypriani, tunc dico, quòd locutus fuit secundum consuetudinem ecclesiæ orientalis, quia ipse orientalis, & Græcus fuit. Tertio dicitur, quòd maior est auctoritas ecclesiæ sub vna specie communionem laicorum obseruans, quàm auctoritas Cypriani, qui non fuit vniuersalis ecclesiæ Episcopus, dicens, sub duabus speciebus esse communicandum. Igitur potius ecclesiam sequi debemus, quàm eũ. Quarto potest dici, quòd in primitiua ecclesia circa ministrationem huius sacramenti multi multipliciter oberrabant. Nam aliqui hostiam in sanguinem intingentes, populo porrigebant. Alii vuas vino apponebant, & sub specie vini presbyteri sumebant: laicis vero communicantibus vuas porrigebant, & pro infirmis in sacra reponebant. Alii vero pannum lineum musto tinctum per totum annum seruabant, & in tempore sacrificii

aqua

aqua partem eius lauabant,& ſanguinem ſic miniſtrabāt. Alii lac pro ſanguine dabant. de his erroribus,& quibuſdā aliis patet. de conſec. diſt. 2. Didicimus.& cap. Cum omne crimen. Talia videns,& aduertens beatus Cyprianus, cum Chriſtus ita non fecerit, reprehēdit,& præſertim Epiſcopos, quorum officium eſt errantes corrigere, & ad viam veritatis reducere. Sed dubitatur quare non datur hoſtia intincta in Chriſti ſanguinem fidelibus? Reſpōdetur vno modo propter periculum effuſionis, ſeu ſtillationis. Secundo, ſecundum Innocentium in ſua Summa de officio Miſſæ lib. 4. cap. 13. quia Chriſtus buccellam intinctam Iudæ porrexit, conſtitutum eſt ab eccleſia, vt euchariſtia non detur intincta. Tertio, ſecundum eundem ibidem, hoc fit pro hæreſi extirpanda, quæ dogmatizat Chriſtum ſub vtraque ſpecie totum exiſtere: ſed ſub vtraq; ſimul exiſtere totum. hæc ille. ſpecialiter tamen poteſt dici ad primam auctoritatem eius. Quòd ipſe non reprehendit coepiſcopos ſuos, de hoc, quòd non miniſtrabant populo calicem domini, vt elici poteſt ex verbis auctoritatis, quæ dicit, In calice dominico ſanctificando, & plebi miniſtrando non hoc faciunt, quòd Chriſtus docuit, per quod innuit eos reprehenſibiles de quodam alio, quia forte errabant in aliquo, quòd circa calicem poſterius ſanctificandum prius facere debuiſſent. & fortè ita fuit, quòd calicem non cōſecrabant, quod reprehenſione dignum fuit, vel fortè vt innuit

nuit auctoritas sequens, illud fuit, quòd in calicem aquam cum vino non miscuerint: sicut tamē celebrantes facere tenentur propter expreſsiorem significationem, & propter ecclesiæ præceptum, & exemplum Christi, qui creditur aquā apposuisse, vel potest dici, quod reprehēdit eos de aliquo, quòd dominus mandauit, & præcepit fieri circa eucharistiam, vt patet circa finem illius primæ auctoritatis, vbi dicit: Sed quādo Deo inspirante aliqui, aut mandante &c. modo prius dictum est, & etiam posterius dicetur, quòd illa cōmunicatio nō est de præcepto diuino. ergo &c. Vel potest dici, quòd multi Episcopi tempore beati Cypriani ignorabant modum non sanctificandi, sed communicandi, poterat enim esse diuersitas apud illos, videlicet, quòd aliqui sanguinē porrigebant, & alii non. Vnde beatus Cyprianus volens porrectionē sanguinis prohibere plebi, dicit quosdā Episcopos non hoc facere, quod & habens Christus dominus noster huius sacrificii auctor, & doctor fecit, & docuit &c. sed quia beatus Cyprianus intellexit dominū duodecim discipulis corpus suū, & sanguinem sub duplici specie tradidisse, & non mulieribus, neque aliis extraneis: ideo reprehendens Episcopos, literas scripsit, quatenus attenta factione, doctrinaque Christi se illi quantum esset posſibile, conformarent. Non autem dicit beatus Cyprianus, quòd Episcopi laicis sub vtraque specie porrigant; cum in suis verbis de sacrificantibus, & non lai-

 cis

cis faciat mentionem. Ad ſecundam auctoritatē beati Cypriani, quæ continet duas partes, ſecunda ibi: videamus frater in prima, capit bibere, generaliter præſumere, & illo modo laici communicando ſub ſola ſpecie panis bibūt, ideſt ſumūt verè ſanguinem domini: Vel ſi bibere refertur ad ſpecies vini, tunc dico, quòd loquitur de turba ſacerdotum: ſi autem de laicis loquitur, tunc debet intelligi dictum ſuum de tēpore illo, in quo forte mos iſte in ſua eccleſia quo ad laicos ſeruabatur. Ad ſecundam partem illius auctoritatis, quæ incipit ibi: ſed videamus frater, dicitur, quod non eſt ad propoſitum, quia ipſa tota vſque ad finem loquitur manifeſte de his, qui in calice conſecrā do non miſcuerūt aquam cum vino, ſicut etiam tota illa pars allegatur ad illum ſenſum, de conſec. diſt. 2. Scriptura. Et per Magiſtrum in 4. diſt. 11. Sed quare in ſacrificio aqua admiſcetur vino, dicitur primo, ideo quia ſic Chriſtus creditur feciſſe, & ſacramentum hoc in vino, & aqua inſtituiſſe ſecundum morem illius terræ, vbi vina ſunt multum fortia, quibus communiter admiſcetur aqua: vbi habetur ex epiſtola Cypriani iam allegata, & ad illum ſenſum, ſicut dixi, allegatur de conſecrat. diſt. 2. Scriptura: Secundo hoc fit in repreſentatione dominicæ paſsionis, in qua de latere Chriſti exiuit ſanguis, & aqua. de conſecrat. diſtinc. 2. primo, ſanguis in redemptionem, & aqua in ablutionem, de celebratione Miſſarum. cum Marte. Apponit ergo ſacerdos aquam

quam vino, vt vtrunque factũ per Christi passionem nobis insinuet, in cuius memoriam facimus hæc quotiescunque facimus. Tertio, aqua vnitur vino, vt populus Christo adunetur, & vt populus in Christo, & Christus in populo maneat, vt dicit Innocentius; per aquam enim, populi designatur, iuxta illud Apoc. 17. Aquæ multæ, populi multi. & hoc rationabiliter; quia sicut aqua est fluxibilis, ita & homines debiles sunt. Sed per vinum sanguis Christi designatur, Christus enim sanguinem suum pro populo fudit. vnde dixit, hic est sanguis meus noui testamenti. Sacerdos igitur aquam miscet vino, quia Christus in morte per effusionem sanguinis sui reconciliauit populum Deo. Quarto, ideo coniungunt vinum, & aquã, vt diuinitas, & humanitas in vna persona esse coniuncta intelligatur. per vinum enim diuinitas: per aquam vero humanitas designatur. Qui ergo in altaris officio vinũ sine aqua scienter consecrat, diuinitatem ab humanitate quantum in eo est, separat: & sic quamuis conficiat, grauiter tamen peccat. Si hoc ex negligentia facit, grauius tamen ille, qui scienter, & spontè hoc facit. Maximè si formam ecclesiæ intendit immutare, & errorẽ inducere. Quinto, quia aqua fluxit de petra in deserto in signũ passionis Christi, vbi dicit Archidiaconus in cap. in calicem, de consecrat. distinct. 2. Debet autem vino modica aqua admisceri, scilicet duæ, vel tres guttæ adeo parũ, quòd penitus absorbeatur a vino, sic quòd nec

nec sint in æquali mẽsura, vt quo in maiori quantitate fit aqua: siue enim tantum apponeret de aqua, quod tolleret vinositatem vini, non posset de eo confici: quia tunc nõ esset vinum, sed aqua vinata. Vinum enim in sacrificio offerẽdum debet esse non artificiale, sed naturale, vinum vitis, & purum, & non speciebus conditum, vel aliis rebus confectũ, nõ nimis debile, nec acetosum, pendulum, vel alias corruptum, & immundum. Sed de quanto preciosius, & melius, de tanto facilius transmittat aquam in suam naturam, & per consequens de tanto est magis aptum pro sacrificio. Sed dubium est circa hoc, quid fiat in illis terris, in quibus vinum non potest haberi, an ibi sine vino panis posit cõfici? Respõdetur, quòd non est aliqua terra, quin ad eam posit tantum de vino portari, quantum sufficit ad celebrandum. Ad tertiam dicitur, quòd beatus Cyprianus in hac auctoritate capit bibere generaliter pro sumere, & loquebatur contra illos sacerdotes, qui aliquibus prius in peccata grauia lapsis: postea tamen pœnitentibus adhuc communionem denegabant. Si igitur talibus denegabatur communio de specie panis, tunc etiam denegabatur eis in hoc sumptio corporis, & sanguinis domini: si vero diceretur, quòd ly debere conferri, deberet ad species vini, tunc consequenter dicendum esset, quod loqueretur de sacerdotibus tantum, qui sic repellebantur a celebratione, & consequenter a communione: si autem de laicis, tunc

diceretur, quòd fuit illo tẽpore, habet de more in ecclesia beati Cypriani. Sed nõ oportet, nec licet istum morem sequi propter contrariam vniuersalis ecclesiæ consuetudinem, & propter causas prius in tertia parte positas. Ad quartã auctoritatẽ dicitur, quòd si debet intelligi, sicut verba sonant, tunc multas ecclesiasticas traditiones debemus omittere. Christus non orauit horas canonicas in Missa, nõ est vsus vestibus sacerdotalibus, non fecit pulsari campanas, diem dominicum, & festa sanctorum non celebrauit, & ita de multis aliis: Sic & nos non deberemus facere illa. quod tamen nullus sanæ mentis, & sine verecundia dicit. Hæc enim & alia plura reliquit Christus in ecclesia Dei per spiritum sanctum ordinanda. Ipse enim dixit apostolis, Adhuc habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare modo. cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos veritatẽ: Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Ioan. 16. Etiam si solum facere debemus, quòd Christus fecit, tunc solis presbyteris deberemus dare corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi, sicut ipse solus discipulis sub duplici specie sua preciosissima præbuit sacramenta, & sic laici non solum sanguine Christi sub specie vini, sed & corpore Christi sub specie panis deberent priuari. Vult ergo beatus Cyprianus, si quis aliud contra Christum in consuetudinem vellet ducere, hoc non debemus sequi,

sed potius Christum. cōmunicare autem laicos sub sola specie panis, non est contra Christum, vt ex præcedentibus.ergo &c.Secundo potest di ci, quòd beatus Cyprianus per illam auctoritatem vult. Si quis vult in consuetudinem ponere aliquid,quòd Christus non fecit, illi nō oportet nos obedire.Sed si ecclesia aliquid vsitasset,quòd non esset contra Christum, deberemus ecclesiæ consuetudinem obseruare,& sic faciunt sacerdotes dicentes cōicationem laicam non esse de necessitate salutis,& in populo cōmuni laicam cōmunicationem sub vna specie practicātes. Item arguitur auctoritate,& practica beati Donati patroni ecclesiæ Misnensis, qui populū sub vtraque cōicauit,vt de eo scribit beatus Greg.1. Dialogorū cap.7.Item in legenda ipsius,quæ in passionali ponitur, ita de eo scribitur, Cum autem quadam die Missa celebrata populus communicaret,& diaconus communicatus Christi sanguinem propinaret,subito Paganorum impulsu diaconus cecidit,& sanctum calicem fregit. de quo cum ipse, & omnis populus plurimum mæstus esset,Donatus fragmenta calicis colligens, oratione ipsum in formam pristinā restaurauit. hæc ibi.Respōdetur primo,quòd beatus Greg. nullā facit mētionē de sanguine in sua auctoritate,sed dicit bene,quòd beatus Nonuosus in duobus miraculis duorū patrū virtutes est imitatus in mole,scilicet saxi fracti,Gregoriū,qui mōtem mouit,in reparatione vero lampadis,virtutē Dona-

ti,qui fractum calicem pristinæ incolumitati restituit. vbi nihil tangitur de effusione sanguinis. Ad secūdum,scilicet de pasionali, dico vno modo, quòd ipsi allegant pro se legendam in passionali cōtentam, & tamen negant legendas beatæ Catherinæ,Margaritæ, & aliorum, in passionali contentas: negant enim ipsas oralisse pro se venerantibus,cum tamen cantat ecclesia de sancta Catherina,Expecto pro te gladium,Iesu Rex bone, tu meū da paradiso spiritum, & fac misericordiam meam agentibus memoriam.& de sancta Margarita canit ecclesia. Ad mucronem ceruix tensa,Orat voce cum immensa. pro se venerantibus.Si igitur volunt cum ecclesia pie sanctorum legendas recipere, legendam beati Donati hac parte possunt allegare.Si autem nolunt,tunc nec illam legendam, pro se ad propositum probandum inducere possunt. Et quamuis legenda illa dicat diaconum laicis fidelibus sanguinē propinasse:historia tamen sancti Donati,quam frequentat ecclesia Misnensis in hymno, sequentia, responsoriis,& antiphonis,nullā de ministratione sanguinis Christi,& eius effusione facit mentionem,licet dicat calicem fractum,precibus beati Donati reintegratum, quasi sub dubio relinquens sanguinem, vt præmittitur, fore effusum. & consequeter beatum Donatum laicos sub specie vini communicasse. & dato,quòd beatus Donatus sic vt ipsi prætendunt,communicasset,potest dici,quòd hoc fecit secundum morem eccle-

siæ

siæ primitiuæ, vel ideo, quia ille modus videbatur sibi conueniens, & consuetudo ecclesiæ non contrariebatur, nec pro tunc contrariũ statuerat ecclesia. Et dicunt aliqui, quòd propter periculum ibi commissum, & propter alias causas prius in tertia parte assignatas, illum ritum amplius omisit, nec de cætero populum sic communicauit. Vnde propter illud periculum, & alia similia ecclesia rationabiliter morẽ cõicãdi populũ sub vtraque specie mutauit, ne similis, vel alia irreuerentia fieret calici sacro. etiã non sequitur beatus Donatus sic fecit, igitur tota ecclesia sic debet facere: quia ex vno singulari facto alicuius sancti, non potest tota ecclesia obligari. sed potius econuerso, omnes debent se ecclesiæ conformare, & eius consuetudinem obseruare. ipse tamen beatus Donatus creditur hoc egisse ex simplici deuotione, quod hæretici faciunt, & fecerunt ex malitia, & peruersa intentione &c. Item arguitur auctoritate Ioannis lib. 4. suarum sententiarum, cap. de sanctis, & incoinquinatis Dei mysteriis: vbi sic dominus noster Iesus Christus, qui de cœlo descendit, debens voluntariam pro nobis suscipere mortem nocte, qua seipsum tradebat in cœnaculo, nouum testamentum disposuit sanctis eius discipulis, & apostolis, & per ipsos omnibus, qui nunc in eum credunt. & infra, Panis autem, & vinum assumitur. nouit enim Deus humanam infirmitatem. Ad multa enim, quæ non secundum consuetudinem frequẽtata sunt, ater

tit anxiatura. Assueta igitur cum condescensione vtens per assueta naturæ facit, quæ supra naturam, & quemadmodum in baptismate: quia consuetudo est hominibus aqua lauari, & oleo vngi, coniugauit oleo, & aquæ gratiam spiritus sancti, & fecit illud lauacrum regenerationis. itaque consuetudo est hominibus panem comedere, & aquam, & vinum bibere. coniugauit eis deitatem, & fecit ea corpus, & sanguinem eius, vt per assueta, & secundum naturam in his, quæ supra naturam sunt faciamus. & infra. communio autem dicitur, & est vere propria, quia communicamus nos per ipsam Christo. & quia participamus eius carne, & deitate, & quia communicamus, & vnimur ad inuicem per ipsam. quia enim ex vno pane assumimus omnes vnum corpus Christi, & vnum sanguinem, adinuicem membra generamur concorporati Christo existentes. hæc ille. Respondetur vno modo, quòd prima pars simpliciter est vera, quia dominus noster Iesus Christus discipulis suis, & successoribus eorum sacerdotibus disposuit corpus, & sanguinē suum conficiendum, & omnibus, qui in eum credunt, disposuit etiam sumendum corpus, & sanguinem suum, & ita etiam faciunt fideles cum communicant sub vna specie, scilicet panis: quia tunc sumunt corpus, & sanguinem domini. Ad hunc sensum loquitur in fine auctoritatis. Ad secundam partem auctoritatis dicitur, quòd loquitur more Græcorum. vbi cōsuetudo est com

municare

municare sub vtraque specie, & ipse orientalis, & Græcus fuit. Ad tertiam partem illius auctori tatis, dicitur, quòd illa innuit cõmunicationem sub sola specie panis, cum dicit, Quia enim ex vno pane assumimus omnes vnum corpus, & vnũ sanguinem: vbi nullam de vino, vel eius specie facit mentionem: vel dicitur, quòd illa tertia pars intelligitur de communicatione spirituali. quod patet per hoc, quòd dicit ad inuicem generamur membra, concorporati Christo existentes. Item arguitur auctoritatibus beati Ambrosii, & primo auctoritate eiusdem in lib. 5. de mysteriis, & sacramentis, & habetur de consec. dist. 2. Si quotiescunq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorũ effunditur, debeo merito semper accipere, qa semper pecco semper debeo accipere medicinam. hæc ille. Secunda auctoritas eiusdem habetur super illa prima ad Corinth. 6. Hæc quotiescunq;. vbi sic dicit, quia in morte Christi liberati sumus huius comedendo, & bibendo carnem, & sanguinem, memores esse debemus, in hoc consequuti nouum testamentum, quod est noua lex, quæ obedientem sibi tradit cœlestibus regnis. Testamentum sanguine constitutum est, quia beneficii domini sanguis testis est. Vnde ad tuitionem corporis, & animæ percipimus, quia caro Christi pro salute corporis: sanguis vero pro anima nostra sumitur, & effusus est, Et sicut præfigurauit Moyses dicens, Caro, inquit, pro corpore vero offertur. Sanguis

vero pro anima: ideoque non manducandum sanguinem lex præcepit. hæc ille. Tertia auctoritas eiusdem habetur super psal. Beati immaculati, versu, Adolescentulus sum ego. vbi sic dicit: Iam mensæ cœlestis honore suscipior, epulis meis non pluuia mittatur, non terræ liberat partus, non arborum fructus, potui meo non flumina quærenda, non fontes, caro Dei cibus est mihi, & sanguis Dei potus est mihi. & infra, Accedite ad eum, & saciemini, quia panis est: potate quia fons est. hæc ille. Quarta auctoritas eiusdem ponitur in libro de sacramentis, & habetur in Canone de consecrat. distinc. 2. In calice. vbi sic dicit, Bibebant autem de spirituali consequẽte eos petra, petra autem erat Christus, immo immobilis erat petra, quæ populum sequebatur, & tu bibe, vt te Christus sequatur. vide mysteriũ Moyses, hoc est prophetæ virga, hoc est uerbum Dei, tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem, & redundat aqua in calice, & salit in uitam æternam, & bibit populus Dei. & infra. Quotiescunque bibis remissionem accipis peccatorum, & inebriaris spiritu sancto. hæc ille. Quinta auctoritas eiusdem ponitur in libro de sacramentis, & habetur in Canone de consecra. distin. 2. Panis. vbi dicit, Sicut enim similitudinem mortis assumpsisti, ita etiã Christi sanguinis similitudinem bibis, & nullus horror cruoris sit, & pretiũ tamen operetur redemptionis. hæc ille. Sexta auctoritas eiusdem

ponitur

ponitur in cantico suo. Exultet iam angelica tur ba cœlorum.quod cantatur in ecclesia sua,scilicet Mediolanensi. vbi sic dicit, Non solum corpore epulemur agni,sed etiã inebriemur sanguine: huius enim tantúmodo cruor non creat piaculum bibentis,sed salutem.hæc ibi.Septima auctoritas eiusdem habetur in hymno Dedicationis vespertino rubricæ suæ,vbi sic dicit,Hæc domus tibi ritè dedicata noscitur, in qua populus sacramentum corpus assumit, bibitur beati sanguinis haustum.hæc ibi.ad primam illarum dicitur primo, quòd debet intelligi de sacrificantibus tãtum,quòd patet ex duobus.primo, ex hoc quòd dicitur,Quotiescunque corpus Christi effunditur,in remissionem peccatorũ effunditur. quòd tantum valet,quotiescunque effunditur,id est in altari offertur, semper in remissionem peccatorum effunditur,idest offertur:nam per sumptionem simplicem non effunditur, idest offertur in remissionem peccatorum,sed solum prodest illi personæ,quæ recipit,& non aliis. In sacrificio autem omnibus prodest tam viuis,quàm fidelibus in purgatorio existentibus. Secũdo patet ex hoc,quòd dicitur,debeo igitur,qui semper pecco semper accipere medicinam. quod a laicis non debet intelligi, quia illi non semper debent accipere sacramentum,sicut sacrificantes faciunt in remissionem omnium peccatorum tàm propriorum,quàm aliorum. Secundo potest dici,quòd beatus Ambrosius,qui Episcopus,& sacerdos

cerdos fuit, ſolum de ipſo loquebatur, quia vtrũque conſecrabat, & ſumebat. Tertio poteſt dici, quòd debet intelligi de ſumptione myſtica, & ſpirituali, & non ſacramentali: quia ſanguis Chriſti amplius non effunditur, nec effundetur, quia mors illi vltra non dominabitur. Quarto poteſt dici, quòd iſtam peccatorum medicinam, ideſt Chriſti verum ſanguinem, ita realiter, & efficaciter ſumit homo ſub ſpecie panis, ſicut ſub ſpecie vini. Nam Ambroſius nõ dixit, quòd ſub ſpecie vini debet recipi, ſed in genere dicit, quòd debet recipi ſiue hoc fiat ſub vna ſpecie, ſiue ſub duabus. Quinto poteſt dici, quòd debet intelligi; debeo merito ſemper accipere, ſemper ſecũdum diſpoſitionem eccleſiæ, ſcilicet ſacrificans ſub duplici, & non ſacrificans ſub vna ſpecie, quod ipſe in fine vitæ ſuæ practicauit. Nam in legenda ſua habetur, quòd beatus Honoratus Epiſcopus Vercellenſis ei in fine vitæ ſacramentum dominici corporis tradidit, & ibi nulla fit mentio de ſanguine ſub ſpeciebus. Ad ſecundam auctoritatem ipſius dicitur, quòd beatus Ambroſius loquitur de ſacerdotibus, ſicut patet per illud, quod in fine auctoritatis additur. Caro ꝓ corpore veſtro, offertur vero ſanguis pro anima: vbi mentio de oblatione. Et ſic pertinet hoc ad ſacrificantes, qui ſumentes, & conficientes faciunt hoc ex officio ad memorandum, & perfecte ſignificãdum paſsionem Chriſti, & perfectam noſtram redemptionẽ in corpore, & anima: licet enim per Chri

ſt

ſti mortem, & paſsionem ſimus liberati in anima & in corpore; tamen illa liberatio non ſignificaret tam perfecte per confectionẽ, & ſumptionem ſub vna ſpecie tantum. Et ideo per ſacerdotẽ, ad quem pertinet perfecta ſignificatio perficitur, & ſumitur ſacramẽtum ſub vtraq; ſpecie ad hoc, vt per oblationem Chriſti ſub ſpecie panis ſignificetur liberatio corporis noſtri, & ſub ſpecie vini redemptio animæ noſtræ. & hoc innuit Magiſter 4. diſt. 11. vbi poſt prædicta verba beati Ambroſ. ſubdit. Sed tamẽ ſub vtraq; ſpecie ſumitur, quod ad vtrunq; valet, quia ſub vtraq; ſumitur totus Chriſtus. Sed ſi in altera tãtum ſumeretur ad alterius tantũ, ideſt corporis, aut animæ nõ vtriuſq; pariter tuitionẽ valere ſignificaretur. Ecce quomodo Magiſter loquitur de ſignificatione, quia non dicit ad alterius tantum tutionem valeret: ſed dicit ad alterius tantum tuitionem valere ſignificaretur. vel dicitur, quod in eadem ſpecie panis caro Chriſti pro ſalute corporis accipitur, & in eadem ſpecie ſanguis pro ſalute animæ accipitur. Ad tertiam dicitur, quòd beatus Ambroſius loquitur de ſacrificantibus in perſona, qui ſub vtraque ſpecie conficiunt, & ſumunt. Ad quartam dicitur, quòd loquitur de manducatione, & bibitione ſpirituali: quia populus aſsiſtens celebrationi diuinorum quotidie bibit, & manducat ore cordis ſpiritualiter per meditationem, & recogitationem paſsionis Chriſti, & redẽptionis noſtræ, ac certorum beneficiorum nobis impenſorum

forum. & eodem modo intelligitur illud, quod subditur in eadem auctoritate, Et quotiescunque semper bibis spiritualiter, & mystice accipis remissionem peccatorum, & inebriaris spiritu sancto. Ad quintam dicitur simpliciter, quòd loquitur de sacrificantibus, qui sub speciebus vini hoc sacramentum recipiunt. Sicut enim illi similitudinem mortis assumunt, idest in officio diuino Christi passionem, & mortem repræsentant: ita etiam & Christi sanguinem bibunt sub similitudine, idest specie vini propter Christi mortis, & passionis representationem. Vel dicitur, quòd intelligitur de bibitione spirituali sanguinis Christi: illa enim vniuersaliter operatur redemptionis precium, non autem bibitio sacramentalis, quia multi ad iudicium manducant, & bibunt. Ad sextam dicitur vno modo, quòd loquitur solum de sacrificantibus, qui sub vtraque specie sumunt. Secundo dicitur, quòd accipit bibentibus generaliter pro sumentibus, & sic laici sumunt ad salutem sanguinem Christi sub specibus panis. Tertio dicitur, quòd loquitur de manducatione, & bibitione spiritualibus, ad quas omnes fideles hortatur, & inuitat. Ad septimam dicitur, quòd loquitur de manducatione spirituali populi præsentis in celebratione officii diuini. Vel dicitur ad omnes illas auctoritates beati Ambrosii, quæ non sunt ad propositum, eo quòd nullam faciũt mentionem de necessitate communionis laicalis sub duplici specie. Ad quod probandum ipsi adducun-

ducun-

ducuntur. Item arguitur auctoritatibus beati Hieronymi, & primo auctoritate eiuſdem in Sophonia, & habetur in Canone.1.q.1. Sacerdotes. vbi dicit, Sacerdotes, qui euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinem populis diuidunt, impie agunt in legem Chriſti, putantes euchariſtiam imprecantis facere verba nō vitam, & neceſſariam eſſe tantum ſolemnem omniū, & nō ſacerdotum merita, de quibus dicitur, Sacerdos in quacunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes domino. hæc ille. Secunda auctoritas eiuſdem habetur ſuper Mar.14. vbi dicit, Bibere autem dicimur ſanguinem Chriſti, non ſolum ſacramentorum ritu, ſed cum ſermones eius recipimus, in quibus vita conſiſtit, ſicut & ipſe dicit, Verba, quæ locutus ſum, ſpiritus, & vita ſunt. Tertia auctoritas eiuſdem ponitur in epiſtola ad Helbideam virginem quaſi ſecunda. Sic enim allegant aduerſarii. vbi dicit, Aſcendamus cum domino cœnaculum magnum ſtratum, atque mundatum, & accipiamus ab eo ſurſum calicem noui teſtamenti. Ibiq; cum eo paſcha celebrantes inebriamur ab eo vino ſublimitatis. & infra. Nec Moyſes dedit vobis panem verum, ſed dominus Ieſus ipſe conuiuatur conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur, illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus, quotidie in ſacrificiis eius de genimine vitis veræ vineæ Zoreth, quæ in tempore excepta rubeſcente muſca calamos, & nouum ex his vinum bibimus. hæc ille. Reſpondetur ad

primam

primam auctoritatem, quòd illa plus est pro nobis, quàm contra. In hoc, quòd dicit, sacerdotes, qui populis sanguinem diuidunt, idest ministrāt sub specie vini, impie agunt, quia contra statuta, & contra consuetudinem ecclesiæ faciunt, quæ a Christo ecclesiæ sponso, & capite procedunt. Secundo dicitur, quòd auctoritas illa nullam facit mentionem de cōmunicatione populi sub vtraque specie, nec de ipsius necessitate. & ergo non est ad propositum, neq; pro eis. Sacerdotes tamē communicantes populum sub sola specie panis vere diuidunt, idest ministrant eis sanguinē Christi, quamuis non sub proprio signo, & per consequens non impie agunt in legem Christi. quod tamen volunt aduersarii arguere. Tertio dicitur, quòd debet sic intelligi, Sacerdotes, qui eucharistiæ seruiunt, & sanguinem domini, idest sacramētum eucharistiæ sub vna, vel sub pluribus speciebus secundum ritum Græcorum, & ecclesiæ primitiuæ diuidunt, idest porrigunt populis, impie agunt in legem Christi, non in eo quòd ministrant, sed ideo, quòd putant eucharistiam imprecantis, idest inuocantis per preces facere verba, & non vitam necessariam, quo ad digne conficiendum, illi errant. Vnde dicit Archidiaconus. Quidam sunt, qui assidua, & crebra oblatione sacrificii iustificare se arbitrantur absque vitæ sanctitate, sed decipiuntur, cum potius grauentur tanquàm præsumptiua temeritate sacrificii. vnde Apostolus, Qui indigne manducat, iudicium sibi

mandu-

mãducat &c. Contra tales loquitur beatus Hier. hæc ille. Ad ſecundam auctoritatem beati Hieronymi dicitur primo, quòd loquitur ſolum de ſacerdotibus. Secundo dicitur, quòd capit bibere pro ſumere generaliter, quod etiã fit ſub speciebus panis. Tertio dicitur, quòd non loquitur de præſumptione ſacramentali, ſed potius de ſpirituali, ſicut patet ex verbis auctoritatis: ſed & cũ ſermones eius receperimus, & ſic plus facit pro nobis, quàm pro eis, immo directe eſt cõtra eos. Ad tertiam auctoritatem eiuſdem dicitur, quòd loquitur de ſolis ſacerdotibus per hoc, quòd dicit, & quotidie in ſacrificiis &c. Sacerdotum autem eſt ſacrificare, & non aliorum. Secundo dicitur, quòd ſi debet etiam intelligi de communicatione laicali, tunc quo ad illos debet intelligi ſpiritualiter: ipſi enim laici ſpiritualiter bibunt, quãdo officiis diuinis, & ſacrificantibus deuote aſsiſtunt. Item arguitur auctoritatibus beati Auguſtini, & primo auctoritate eiuſdem in libro ſententiarum Proſperi, & habetur de conſec. diſt. 2. Dum frangitur. vbi dicitur, Dũ frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio, eiuſq; ſanguinis de latere effuſio deſignatur? hæc ille. Secunda auctoritas eiuſdẽ habetur in lib. de Trinit. & ponitur in Canone de cõſec. diſt. 2. Quia morte. vbi ſic dicit. Quia morte domini liberati ſumus, huius rei memores in edẽdo, & potando carnem, & ſanguinem, quæ pro nobis

nobis oblata sunt, significamus. hæc ille. Tertia auctoritas eiusdem habetur in quodam sermone, & ponitur in Canone de consec. dist. 2. Quia passus: vbi sic dicit, Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem, & contritionem: Iam in nomine Christi tanquàm ad calicem venistis, & ibi vos estis in mensa, & in calice nobiscum. vos estis, simul enim nos sumus, simul bibimus, quia simul viuimus. hæc ille. Quarta auctoritas eiusdem habetur in primo libro de Symbolo. vbi sic dicitur, Quicquid vis feceris, nunquàm Christum occidisti, non est isto peccato aliud peius, quia Christo nihil est melius. quantum nephas est occidere Christum: Iudæi tamen occiderunt, & multi postea in eum crediderunt, & eius biberunt sanguinem, & dimissum est illis peccatum, quod commiserunt. hæc ille. Quinta auctoritas eius habetur super psal. 22. in glosa ordinaria, vbi sic dicit: Qui calicem, idest sanguinem Christi per se ponit, quasi aliã gratiam a mensa, idest a carne Christi ponit: cũ tamẽ nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne possit esse, vel sumi, nec ibi duo sunt sacramenta, sed vnum: sed nec caro est sanguis, nec sanguis est caro, & panis in carnem conuertitur, & vinum in sanguinẽ, & non econuerso. & sub diuersis speciebus vtrũque sumitur: Ideo mensam, & calicem hic distinguit, vel dicit diuersas gratias. hæc ille. Sexta auctoritas eiusdẽ habetur in libro de vtilitate agendæ pœnitentiæ, & allegatur in Canone de consecrat.

crat.diſt.2.Tunc eis.vbi ſic dicit,Tunc eis Petrus annunciauit eum colendum,quem crucifixerũt, & eius ſanguinem biberunt credentes,quem fuderunt ſæuientes. hæc ille. Septima au&ctoritas eiuſdem habetur Omil.23. ſuper Ioannẽ, circa illud verbum,Niſi manducaueritis &c. vbi ſic dicit Huius rei ſacramentum, ideſt veritas corporis,& ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica menſa præparatur, & in menſa dominica ſumitur quibuſdam ad vitam,& quibuſdam ad exitium.& infra, ne iſtam vitam intelligentes,& de hac litigarent, ſecurus adiunxit, Qui mãducat meam carnẽ &c. habet vitam æternam.hanc non habet,qui iſtum panem non manducat,nec iſtum ſanguinem ſic bibit.hæc ille. Octaua auctoritas eiuſdem habetur in Canone de conſec.diſt.2.Acceſſerunt.vbi dicitur,Acceſſerunt Iudæi ad Ieſum, vt crucifigerent, nos accedamus, vt ſanguinem, & corpus eius accipiamus.Item vere magnus eſt Deus, & magna miſericordia eius, qui dedit nobis manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus, & ſanguinem ſuum bibere. in pſal.23. Omil.2. Itẽ in pſal.28. Ad Iudæos.Iam ſecuri bibite ſanguinem,quem effudiſtis. hæc ille. Nona auctoritas eiuſdem habetur in ſermone,qui incipit, Circulo cõſecrato,anno reuoluto.vbi ſic dicit,Et quia iſtam menſam parauit,ſeruit ſeruis, & ancillis in cõſpectu earum,vt quotidie in ſimilitudine corporis,& ſanguinis Chriſti panem, & vinũ ſecun

S dum

dum ordinem Melchisedech,ostendendo nos cibaret in sacramento . hæc ille . ex quibus dictis beati Augustini,aduersarii fidei nituntur concludere necessitatem communicationis laicalis sub duplici specie. Ad primam dicitur, quòd tota illa auctoritas intelligitur de sacrificantibus.quòd patet per hoc,quod dicit . Quid aliud fractio significat , quàm corporis dominici in cruce immolationem , & sanguinis de latere eius effusionem?In sacrificio enim hostia frangitur , & a sacerdotibus sub vtraque specie sumitur , & ita in ora fidelium sacerdotum funditur. Secundo dicitur,quòd illa auctoritas loquitur de ista fractione,& de ista sumptione sacraméti, per quas passio Christi complete designatur , videlicet verba auctoritatis debitæ ponderáti . A solo autem sacerdote celebrante, & qui habet sumere sacramẽtum,nõ solum ad refectionem,sed etiam ad perfectam significationem fit huiusmodi fractio hostiæ in tres partes. quæ fractio significat passionem.& vulnerationem veri corporis Christi,sicut tres partes fractæ significant partes corporis Christi mystici secundum triplicem earum differentiam,videlicet per Magistrum.4.dist.12. & sicut per fractionem, & sumptionem specierũ panis significatur passio corporis Christi : Sic per species vini,& earũ de calice in os sacerdotis fusionẽ expresse significatur effusio sanguinis Christi in cruce pro nostra ad Deum recõciliatione. & sic patet, quòd de solis sacerdotibus debet intelligi

telligi. Tertio potest dici, dato, quòd deberent intelligi de omnibus fidelibus indifferenter, adhuc verum esset, quòd sanguis in ora fidelium funderetur sub speciebus panis, eo quòd sub speciebus vini sanguis, ita bene est inclusus in venis, sicut sub speciebus panis, & nō alio modo bibitur, seu funditur sub vna specie, quàm sub alia: quamuis sub speciebus vini plus habeat rationem bibitionis, quàm sub speciebus panis. Sed dubitatur quid frangitur per sacerdotes in altari. Respondetur, quòd hostia tantum, & non corpus Christi. Sed quare hostia frangitur? Respondetur ad imitandum Christum, de quo legitur, quòd fregit, & dedit discipulis suis, dicens, Accipite, hoc est corpus meum. Secundo, secundum Innocentium in sua Summa de officio Missæ lib. 6. cap. 2. vt in fractione dominum cognoscamus, sicut illi duo discipuli in fractione panis cognouerunt Christum in Emaus, frangitur in tres partes, ad designandum tres partes corporis Christi mystici, scilicet ecclesiam triumphantem, ecclesiam militantem, & congregationem pœnas purgatorii sustinentem. vel vna pars significat gratiarum actionem pro sanctis, alia orationem pro viuis, & tertia propitiationem, quæ est pro defunctis. Secundo, secundum Innocentium vbi supra, capitulo tertio, vna pars per ipsum caput ecclesiæ, scilicet Christum: secunda pars illos, quorum corpora requiescunt in tumulis, & animæ cum Christo, significat.

Et sunt illæ partes, quæ extra calicem reseruantur, quia Christus iam est impassibilis, & animæ sanctorũ sunt in loco, vbi nec est luctus, timor, nec dolor. Tertia pars, quæ in calice ponitur, significat eos, qui adhuc in passione consistunt, vt ab hac vita migrantes ad caput suum transeant, vbi non moriantur amplius, nec nullatenus patiantur. Secundum alios autem pars immersa significat beatos, qui inebriantur ab vbertate domus Dei. Alii dicunt, quòd illæ tres significant trinitatem personarum in vna essentia, sicut hic sunt tres partes, & vnus Christus. Alii dicunt, quòd significant tres status Christi, quibus fuit mortalis mortuus, & immortalis. Alii dicunt, quòd hoc fit propter tres substantias Christi, scilicet diuinitas animæ, & corporis. Ad secundam dicitur, quòd intelligitur de sacerdotibus celebrantibus solum. Nos enim sacerdotes celebrantes per consecrationem, & sumptionem sacramenti, & per ritus Missæ expresse significamus passionem Christi, mortem eius, & sanguinis ipsius effusionem pro nobis, & multis aliis factam. Ad tertiam dicitur vnò modo, quòd nihil loquitur de necessitate sumendi sub vtraque specie, quòd tamen probare debent, & ergo non est ad propositum. Et eodem modo potest dici ad auctoritates duas præcedentes. Secundo, potest dici, quòd loquitur de bibitione, & sumptione mystica, quod patet per hoc quod in fine dicitur, simul hoc sumimus, simul hoc bibimus, qa simul

viuimus

viuimus semper vniti in charitate Dei, qua fideles efficiuntur vna vita in Christo: & quòd ad illum sensum debet intelligi, patet in Canone de consec. dist. 2. quia passus. vbi post illa verba allegatur alia auctoritas eiusdem in sermone de infantibus. & habetur eadem auctoritas etiam in epistola ad Bonifacium, vbi dicit, nulli ambigendum est, tunc quemq; fidelium corporis, & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si antequàm panem illum comedat, calicemque bibat, de hoc sæculo migrauerit in vnitate corporis Christi constitutus, sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando in se, quod illud sacramentum significat, inuenitur habere. hæc ille. vbi manifeste innuit sumptionem mysticam esse necessariam, & non sacramentalem. Et per consequens auctoritas ad propositum, eo quòd nullam facit mentionem de communicatione laicorum sub vtraq; specie. quòd patet auctoritatem intuēti. Est tamen aduertendum in psal. 22. Dauid enumerat decem dona Dei, quæ glo. ordinaria vocat decem gratias, & post nonam gratiam ponit auctoritatem iam allegatam. quam tamen nō incipit sicut hic. sed sicut dicit glo. Nota, quòd calicem, idest sanguinem Christi semper psalmista per se ponit quasi aliam gratiā a mensa, idest a corpore Christi, cum tamen caro sine sanguine &c. sicut po-

nitur in auctoritate, in qua auctoritate glo. implicite soluit talem quæstionem. Cur Psalmista in enumerando prædicta dona Dei, seu gratias, mēsam, idest corpus Christi, calicem, idest sanguinem distinguit, velut duas gratias, idest dona Dei? Cum tamen species panis, & species vini sint vnum sacramentum totale, & non duo, & caro Christi non possit de lege communi esse, aut sumi sine sanguine, & econuerso, eo quòd totus Christus est sub vtraque specie. Et respondendo, reddit illius tres causas. prima est distinctio essentialis corporis Christi, & sanguinis eius. & hanc tangit cum dicit, sed quia nec caro est sanguis, & sanguis non est caro. Secunda causa est diuersitas conuersionis, & illam innuit, cum subiungit, & panis in carnem conuertitur, & vinum in sanguinem, & non econuerso. Tertia est distinctio specierum panis, & vini, & istam dat intelligere cum addit, & sub diuersis speciebus sumitur. Ex quibus manifestum est, quòd glosa in illa auctoritate nihil loquitur de communicatione sub vtraque specie, nisi quantum tangit circa finem auctoritatis, cum dicit, & sub diuersis speciebus vtrunque sumitur. quod intelligitur quo ad sacrificantes, seu sacerdotes, ad quorum officium pertinet conficere sub vtraque specie, & etiam illo modo sumere propter perfectam sacramenti significationem. Ad sextam dicitur, quòd intelligitur de primis fidelibus per beatum Petrum ad fidem conuersis,

uersis, quibus pro tunc ministrabatur sub vtraque specie. Ad septimam dico, quòd debet intelligi sicut illa auctoritas Christi, Nisi manducaueritis carnem filii hominis &c. de qua supra dictum est. Tamen applicando ad propositum illam solutionem, est aduertendum, quòd beatus Augustinus non ponit auctoritatem illam in Omilia 23. prout ipsi allegant, sed in 26. nec in illo ordine verborum, sicut ipsam allegant. Sed prius ponit secundam partem dicens, Vnde ne istam vitam intelligentes, & de hac re litigarent, securus adiunxit, Qui manducat meam carnem, & bibit &c. habet vitam æternam. hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. & quibusdam interpositis exponendo quid dominus intelligat in hoc loco per manducationem carnis suæ, & bibitionem sanguinis sui, dicit. Hunc itaque cibum, & potum societatem vult intelligi corporis, & membrorum suorum, quòd est facta ecclesia in prædestinatis vocatur iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius, quorum primum iam factum, idest prædestinatio. secundum autem, & tertium factum est, & fit, & fiet, idest vocatio, & iustificatio. quartum vero nunc in spe est. In re autem futurum est, idest glorificatio. Ex quibus patet, quòd illa verba Christi, Nisi manducaueritis &c. Et, qui mãducat meam carnem &c. intelligi debent de mystica manducatione cor-

poris Chriſti ad ſenſum, in prima parte quartæ partis principalis prius dictum. Quare autem ad uerſarii iſta tacuerunt ipſi ſciunt, melius tamen facerent, quòd ſcripturas fideliter, & ad mentionem ſanctorum allegarent, conſideratis paſsibus in præcedentibus, & ſequentibus, quã quòd cor rupte, & ſolum verbaliter allegant, aliàs ſunt ma nifeſti immitatores diaboli, q ſcripturas allegat, vbi videbãtur facere, & ſonare pro eo autem vbi contra ſe erant, tacuit. De hoc Bernardus ſuper Qui habitat. in principio dicit, propterea nolo vos ignorare patres, quoniam manifeſti ſunt imi tatores inimici q cũque de ſcripturis ſanctis ali quid non ſancte vſurpant, & detinent veritatem in mendatio, ſicut ſolent nonnulli. Cauete hoc dilectiſsimi, quia prorſus diabolicum eſt, & de parte eius eſſe ſe probant, qui id faciunt in ſuam ipſorum perniciem, ſalutaria ſcripta peruertere molientes. hæc ille. & fiunt etiam tales rei omnium, quos ſic decipiunt: ſicut ſcribæ, & phariſæi facti ſunt rei de morte innocentum, quia ſcri pturas non plene Herodi allegauerunt. De hoc Chryſoſtomus in opere imperfecto. & habetur in continua glo. ſancti Thomæ, vbi ſic dicitur, Sed adhuc ipſam prophetiam præſcindentes interficiendorum paruulorum facti ſunt rei. Sic enim ſcriptum erat. Ex te exiet Rex, qui paſcat populum meum Iſrael, & dies eius a diebus ſæcu li: ſi ergo integram prophetiam protuliſſent, ſicut fuerat dicta. conſiderans Herodes, quia dies

naſci-

naſcituri Regis illius a diebus ſæculi erant,& intelligens antiquitatem honoris eius,quia nõ erat Rex terrenus,cuius dies a diebus ſæculi erant, in tantum furorem non exarſiſſet. hæc Chryſoſtomus. Poſt prædicta autem verba, ſtatim beatus Auguſtinus omilia 26. ſubiungit primam partẽ huius auctoritatis,dicens,Huius rei ſacramentũ, ideſt veritatis corporis, & ſanguinis &c.vbi ſciẽdum,ſicut iam dictum eſt,ſtatim ante hæc verba beatus Auguſtinus oſtendit, quòd in his verbis Chriſti,Niſi manducaueritis &c.Et qui manducat meam carnem. per carnẽ, & ſanguinem eius debet intelligi vnitas eccleſiaſtica, ideſt coniunctio membrorum eccleſiæ adinuicem,& cum capite Chriſto.Huius autem vnitatis eccleſiaſticæ vt in prima parte dictum eſt,verum corpus Chriſti,& verus ſangnis Chriſti eſt ſacramentum. & ipſa vnitas eccleſiaſtica, & huius ſacramenti res. de illo ergo ſacramento carnis Chriſti myſtici loquitur beatus Auguſtinus in prima parte iſtius auctoritatis,vt ſit ſenſus,verum corpus Chriſti, & verus ſanguis eius,& ſacramentum huius rei, ſcilicet myſtici corporis,& ſanguinis Chriſti, id eſt vnitatis eccleſiaſticæ: & illud alicubi quotidie,alicubi certis interuallis in dominica menſa præparatur ſemper a ſacerdotibus, & de menſa dominica ſumitur quibuſdam ad vitam, quibuſdam ad exitium. A ſacerdotibus enim præparatur, & ſumitur ſub duplici ſpecie: a laicis autem ſumitur tãtum ſub ſpeciebus panis. Ad octauam
dicitur

dicitur, quòd prima pars est simpliciter vera, quia sub specie panis sumimus, & accipimus cor pus,& sanguinem domini. In secunda parte per bibere debet intelligi a sacerdotibus, vel intelligi tur de manducatione, & bibitione spirituali veri corporis,& sanguinis domini. Sed tertia pars illa loquitur de primitiuis conuersis ad fidem Christi, quibus dabatur sub duplici specie. Ad nonam dicitur, quòd loquitur de sumptione mystica. quod patet in hoc, quòd dicit. In conspectu eorũ. sacerdotes enim quotidie in similitudine cor poris,& sanguinis Christi panem, & vinum secũ dum ordinem Melchisedech offerunt in conspe ctu fidelium, qui cibantur mystice. Sacerdotes autem sacramentaliter, & mystice simul. Secũdo potest dici, quòd omnes illæ auctoritates nihil lo quũtur de necessitate communionis laicalis sub vtraq; specie. & ergo impertinenter ad propositum allegãtur. Et nihil per eas probatur. Item ar guitur auctoritate beati Leonis, qui in sermone quadragesimali, qui incipit Prædicaturus. sic dicit, Huius aduersarii diaboli dolos nõ solum in illecebris gulæ, sed etiam in proposito abstinentiæ caueamus. Qui enim mortem humano generi inferre per cibum nouit, & per ipsum nocere ieiunium,& ad contraria fraudem famulis vtendo Manichæis, sicut impulit interdicta præsumi, ita suadet concessa vitari. Cumq; ad tegendam in fidelitatem suam nostris audent interesse conuẽ tibus, ita sacramentorum communione se tempe

rant,

rant, vt interdum ne penitus latere non possint, ore indigno corpus Christi accipiant: sanguinis autem nostræ redemptionis calicem haurire declinant. Quòd ideo vestræ notum facimus sancti tati, vt vobis huiusmodi homines etiam in suis manifestentur iudiciis, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio a societate sanctorum, sacrilegi auctoritate pellantur. de talibus enim beatus apostolus Paulus ecclesiam Dei pro uide monet, dicens: Rogo aũt vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam didicistis faciunt, & declinate ab hiis. hæc ille. Ex qua auctoritate eliciunt aduersarii, quòd Christiani non præcipientes sacramentum sub vtraque specie, sunt de secta Manichæorum, qui sanguinem sub speciebus vini non sumebant. Respondetur, quòd vidi duo originalia, in quibus solum habebatur prima pars auctoritatis vsque ibi. & infra. Cumque ad tegendam. & ibi, nihil dicitur de communicatione sub vna, vel pluribus speciebus. Sed quia forte illa originalia erant incompleta, potest dici respiciendo aduerbia auctoritatis, quòd ipsa nihil dicit de necessitate huius communicationis, quo ad laicos sub vtraque specie. & ergo non est ad propositũ. Secundo potest dici, quòd si Manichæi, de quibus loquitur, fuerunt sacerdotes non sumentes sanguinem, quando celebrabant, sicut illi, de quibus loquitur Canon Gelasii, Comperimus: tunc vtique errabant, & debe-

& debebant reprehendi,& puniri. Si autem fuerunt laici,& fuit tunc consuetudo ecclesiæ ministrare hoc sacramentum sub duplici specie, tunc reprehensibiles fuerunt in hoc, quòd ex errore, & hæresi volebant sacramenta contra consuetudinem ecclesiæ capere.& propria temeritate cōtra mandata superiorum excedere,& nouum morem introducere.non ergo reprehendit eos tanquam facientes contra Christi præcepta communicando sub sola specie panis: sed tāquàm singulares,& dissensionem, & diuisionem in ecclesia facientes, propter quam dissensionem iubet eos secundum præceptum apostoli à cōmunione fidelium repelli. Aliter dicunt quidam, quòd Leo hæc scripsit cōtra Manichæos negātes Christum resurrexisse a mortuis,& per cōsequens nec celebrare volebāt diem dominicum: Sed illo die ieiunauerunt in contemptum resurrectionis dominicæ,& ecclesiæ Dei. & de illis dicit,quòd ad tegendam summam fidelitatem immiscebant se conuentibus Christianorum,& interdum quando amplius latere non poterāt indigno ore corpus Christi receperunt:sanguinem autem Christi de calice haurire omnino declinabant, æstimantes Christum nō surrexisse,sed ipsum adhuc mortuum esse.ideo corpus eius sine sanguine existere, & sic propter illam infidelitatem sanguinem recipere noluerunt. Christiani autem omittentes sanguinem sub specie vini,non faciunt ex infidelitate,sed propter ecclesiæ consuetudinem

& sta-

& statutum. Itẽ arguitur auctoritate Fulgentii, quæ habetur in lib.de diuinis officiis, cuius prologus sic incipit, Ea quæ per anni circulum &c. vbi dicit Fulgentius verbum patris carni, & sanguini, quæ de vtero virginis assumpserat, & pani, & vino quod in altari sumitur medium interueniens vinum sacrificium efficit. quod cum in ora fidelium sacerdos distribuit panis, & vinum absumitur, & transit. partus autem virginis cũ vnito sibi verbo patris, & in cœlo, & in hominibus integer permanet, & incõsumptus. Sed in illum, in quo fides non est præter visibiles species panis, & vini, nihil de sacrificio peruenit quemadmodum asinus ad lyram, cum irrationabiles aures erigit, sonum quemdam audit, sed modũ cantilenæ non percipit. hæc ille. Respondetur, quòd auctoritas illa loquitur illo, in quo in aliquibus ecclesiis adhuc fuit de more populum laicalem sub vtraq; specie communicare. Et licet hoc tũc fuerat licitum, non tamen erat de necessitate salutis, sicut nec dicit illa auctoritas, & ergo non est ad propositum. Item arguitur auctoritatibus beati Gregorii. Et primo, auctoritate eiusdem in Omilia paschali. & habetur de consecrat. dist. 2. Quid sit, vbi dicitur, Quid sit sanguis agni non iam audiendo, sed bibendo bene dicitis, qui sanguis super vtrũq; postem ponitur, quando non solũ ore corporis, sed ore cordis hauritur, vtroq; enim poste sanguis agni est positus cum ore ad redemptionem sumitur ad imitationẽ, quòd in-

tenta monte cogitatur. & infra. In hoc mysterio moritur eius quoque vniuersaliter corpus, sumitur eius caro, in populi salutē partitur, eius sanguis iam non in manus infidelium, sed in fidelium ora funditur. hæc ille. Secunda auctoritas eiusdem quarto dialogorum cap. 58. ponitur. vbi sic di tur, Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. hæc ibi. Tertia auctoritas eiusdem, quæ habetur. 13. Moralium, quæ sic dicit, Vnde factum est vt redemptoris nostri sanguinem, quem persecutores sæuientes fuderunt, post modum credentes biberunt, cumque esse Dei filium prædicarent, de quo videlicet sanguine, apte subiungitur. Terra ne operies sanguinem meum, neque inueniat inte locum. hæc ille. Ad primam, & ad secundam dicitur, quòd intelligitur de sacrificantibus tantum. quod patet per hoc, quòd in Canone post illam auctoritatem additur. hinc pensemus quale sit sacrificium. vbi loquitur de sacrificio, quod ad solos pertinet sacerdotes. & in quarto dialogorum beatus Gregorius in medietate ante illa verba, dicit. Qui licet surgens a mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: tamen in seipso immortaliter, atque incorruptibiliter veniens pro nobis iterū in hoc mysterio immolatur. Et subdit, eius quippe corpus ibi sumitur, eius caro in populi salutem partitur, & diuiditur. quod perti

net

aet ad ſacrificans. Et ſubditur, eius ſanguis iam non in manus infideliū, ſed in ora fidelium ſemper ſacerdotū funditur. Aliter poteſt dici, quod debet intelligi de bibitione ſpirituali. Tertio dicitur, quòd ſi intelliguntur de ſacramentali bibitione, tunc iſti termini hauritur, & funditur, debent ſumi pro illis ſumendo, & accipiendo illo modo. Et fideles accipiunt ſub ſpecie panis. non enim ſemper auctoritates intelligi debēt ad ſenſum, quem verba prætendunt, quia ſecūdum Hylarium ſecundo de Trinitate intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda, dicentis. Et ſi ſic, tūc in propoſito ſacerdos nunquam ſanguinem de calice biberet, cum ſanguis non ſit ibi effuſus de corpore, ſed incluſus in venis. Quarto dicitur, quòd illæ auctoritates non ſunt ad propoſitum, quia nullam faciunt de neceſsitate ſic ſumēdi mentionem. Ad tertiam dicitur, quòd ſic patet ex verbis eius, tunc loquitur de crucifixoribus Chriſti, pro quibus dominus tempore ſuæ paſſionis orauit ad patrem, dicens: Pater dimitte illis, quia non ſciunt quid faciunt. qui poſtea conuerſi biberunt ſanguinem Chriſti, vel ſpiritualiter tantum, vel etiam ſacramentaliter, eo quòd erant de primis fidelibus, quibus ſub vtraq; ſpecie miniſtrabatur. Item arguitur auctoritatibus Venerabilis Bedæ, quarum prima habetur Ioā. 1. ſuper illo textu, Vidit Ieſum venientem ad ſe. vbi dicit, non ſolum autem lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum

effudit

effudit in cruce pro nobis: vel quādo vnuſquiſq; noſtrum myſterio ſacroſanctæ paſsionis eius baptiſmo aquæ ablutus eſt, verum etiam quotidie tollit peccata mundi, lauatque nos a peccatis noſtris quotidie in ſanguine ſuo, cum eiuſdem beatæ paſsionis ad altare memoria replicatur, cum panis, & vini creatura in ſacramētum carnis, & ſanguinis eius ineffabili ſpiritus ſanctificatione transfertur, ſicque corpus, & ſanguis illius, non niſi infidelium manibus ad punitionem eorum funditur, & occiditur, ſed fidelium ore ſumitur in ſalutem. Secunda auctoritas eiuſdem habetur in Omilia infra octauam Aſcenſionis domini ſuper euangelio, Cum venerit, vbi dicit perfectæ vitæ magiſteriū eſt eccleſiæ primitiuæ actus mutari. vbi videtur velle, quòd debeamus mutare actus, & ritus eccleſiæ primitiuæ. & ideo ſicut in primitiua eccleſia populis miniſtrabatur euchariſtia ſub duplici ſpecie, ſic hodie facere debemus. Ad primam, reſpondetur, quòd auctoritas ſimpliciter eſt vera, quia fideles ſumendo hoc ſacramentū ſub ſpecie panis, ſumunt etiam ſanguinem domini abſolute, vt dictum eſt prius. Vel dicitur auctoritas illa nullam facit mentionem de neceſsitate huius ſumptionis. & ergo non eſt ad propoſitum. Ad ſecundam dicitur, quòd illa auctoritas Venerabilis Bedæ poteſt vniuerſaliter intelligi. Si enim omnis ritus, & actus eccleſiæ primitiuæ obſeruabamus, non orabimus horas canonicas, nos ſacerdotes non pulſabimus

cam-

campanas,non cantabimus Miſſas, nec legemus eo modo,quo nunc facimus.Poſt prandium autem cœnam communicabimus,& non niſi in bona feria quinta,q̄ domini cœna nūcupatur.ſic.n. Chriſtus fecit ipſa duntaxat die,& nunquam legimus Chriſtum hoc alio tempore ante, vel poſt feciſſe.etiam apoſtoli in primitiua eccleſia baptizant in nomine Chriſti,videlicet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis:nunc autem ſic baptizare non ſolum non debemus, immo nec licet, quia prohibitum. Et primitus eccleſia conficiebat in azimo, & poſteriores patres ab iſto ritu primitiuorum ad tempus ceſſauerunt propter errorem delegalium obſeruatione,vt prius dictum eſt,& in eccleſia primitiua conſtitutis in ordinibus ſacris licitum fuit vt matrimonio:ad quod tamen poſterius omnes in ſacris ſunt illegitimati. ſic in propoſito dico, Si in primitiua miniſtrabatur ſacramentum euchariſtiæ fidelibus populis ſub vtraque ſpecie, non oportet nunc hoc fieri, immo non licet propter contrariam vniuerſalis eccleſiæ conſuetudinem in rationalibus cauſis, vt in tertia parte dictum eſt, rationabiliter fundatam. Item arguitur auctoritate Paſchaſii in libro ſuo de ſacramentis,dicētis,Quia quotidie labimur,quotidie pro nobis Chriſtus myſtice immolatur,& paſsio Chriſti in miniſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorū, per hæc ſacramēta corporis, & ſanguinis peccata relaxamus. Et infra ite-

ratur hoc mysterium ob commemorationem passionis, sicut ipse ait. hæc quotiescunque agitis, in meam commemorationem facietis. Quotiescunque ergo hunc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, mortem domini annunciabitis, donec veniat. hæc ille. Respondetur. prima pars simpliciter est vera. Christus enim quotidie præter diem veneris magnam in sacrificio, in ministerio immolatur pro peccatis omnium fideliū, qui quotidie recidiuant, & labuntur minime in venialia peccata. Secunda pars etiam est vera, quia quotidie iteratur hoc ministerium per sacerdotes ob commemorationem passionis Christi. Tertia pars, scilicet quotiescunque, prius est exposita in auctoritate apostoli. & ergo tota auctoritas non est contradicta. Item arguitur auctoritate Alain in libro de dulcedine animæ, dicentis: Quicunque digne carnem Christi sumpserit, & sanguinem biberit, infinitam in se dulcedinem Dei æternaliter degustabit. hæc ille. Respondetur, quòd auctoritas est vera, quicunque enim sumpserit hoc sacramentum digne, ille meretur gloriam duratiue, & si sacerdos sumit sub duplici specie, & laicus sub vna tantum: Ipse laicus cæteris paribus meretur tantum gradum æternæ gloriæ, quantum sacerdos ratione sumptionis sub vtraque specie: quia sumit idem contentum, quia eundem cibum corporis domini, & eundem potum sanguinis domini, licet non per modum po

tus

tus, ideſt non ſub ſpecie potabili. Efficacia autem, quæ eſt ex opere operato, eſt ratione contenti tantum, & non continentis, quæ ſub ſpecie panis totaliter ſumitur, ut prius dictum eſt pluries. Item arguitur auctoritate Remigii in Omilia ſuper illo Ioannis 6. Niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. vbi ſic dicit ad hanc ſpiritualem alimoniam, ad hunc myſticum, & diuinum cibum, dominus nos inuitauit, tantamque neceſsitatem ſumendi huius alimoniæ nobis inducit, ut aliter in nobis uitam habere non poſsimus, niſi carnem eius manducauerimus, & ſanguinem biberimus. & infra. Sed myſterium ſui corporis, & ſanguinis, quotidie a fidelibus per ſacerdotum miniſterium fieri mandauit rationabili ſacramento. hæc ille. Reſpondetur, quòd prima pars illius auctoritatis intelligi debet ſicut illa propoſitio, Ioan.6. Niſi manducaueritis &c. Illa autem eſt expoſita ſupra de manducatione ſpirituali, & myſtica, ut patuit. Quòd autem illa ſit intentio Remigii, patet quòd dicit ad hanc myſticam alimoniam, & diuinum cibum. Et in fine illius Omiliæ dicit, Cibus iſte ſpiritualis eſt, & potus, facitq; ſumentes, ut neſciant iterum eſurire, & ſitire. ubi manifeſte docet, quòd ſpiritualiter hoc dictum ſit intelligendum. Secũda pars illius auctoritatis eſt uera, ſicut ponitur, quia illud ſacramentum quotidie fit, & conficitur per miniſterium ſacerdotum pro fidelium ſalute, quod

quidem eſt ſacramentũ,& ſignũ corporis Chriſti myſtici,vt prius pluries dictum eſt. Item arguitur auctoritatibus beati Bernardi in epiſtola, vbi primo ſic dicit,Benigniſsime Ieſu nobile ſatis ſponſæ tuæ dotalitium indulſiſti,vt ſic,vel teneret columba tua dulciſsimum memoriale dilecti ſui. Chriſtus enim pridie quàm pateretur, diſcipulis ſuis hanc ſacramenti formam præſcripſit,; efficaciam explicuit. Idem fieri præcepit formæ præſcriptæ in panè, & vino,notate ordinem,cum adhuc cœnaret,a menſa ſurrexit, diſcipulorum pedes dominus vniuerſitatis lauit. Dehinc ad menſam regreſſus,ordinauit ſacrificium corporis,& ſanguinis, ſeorſum panem,ſeorſum tradens & vinum.de pane ita dicens:Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meum. de vino ſimiliter;Bibite ex hoc omnes,hic calix noui teſtamẽti. hæc ille. Et in eadem epiſtola dicit,proponitur igitur ſpecies panis,& vini,vt doceamur plenam, & perfectam refectionem eſſe in ſumptione corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti. hæc ille. Reſpondetur ad primam, quòd dominus Ieſus Chriſtus hoc dotalitium, ſcilicet corpus, & ſanguinem ſuum, dedit ſuæ ſcilicet eccleſiæ ſub ſacramento in ſui memoriam, & ita eccleſia quotidie frequentat.Sed cum addit beatus Bernardus, idem fieri præcepit, loquitur de hoc præcepto domini, quo dixit,hoc facite in meam commemorationem: vbi præcepit confectionem in pane,& vino.Et ideo ſacerdotibus loquebatur, nõ laicis:

laicis:alias laici haberent conficere.quod omnino eſt erroneum.loquebatur ergo ſacerdotibus, qui habent in pane ſeorſum conficere, ſimiliter in vino. Ad ſecũdam auctoritatem dicitur,quòd Chriſtus prout eſt ſub illo ſacramento, perfecte reficit manducantes ſe,& ad iſtam perfectionem refectionis ſacrificandam hoc ſacramentum ſub duplici ſpecie eſt inſtitutũ,& hoc intelligit beatus Bernardus, dicens in principio auctoritatis. Proponitur igitur ſpecies panis,& vini,vt doceamur,ſcilicet intelligere, & tunc nobis ſignificetur,quòd hoc ſacramẽtum ſignificat Chriſtum, vt nutrimentum perfecte reficiens fideles corpore,& ſanguine ſuo,& hoc valde perfecte ſignificatur in duplici ſpecie panis,& vini,& ideo dicitur,proponitur ſpecies panis, & vini, vt doceamur intelligere, & vt nobis perfecte ſignificetur plena, & perfecta refectio eſſe in ſumptione corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti. hæc autem ſignificatio pertinet ad conficientes, & ergo ad illos pertinet in altari proponere panem, & vinum, vt doceamur ſemper intelligere plenam,& perfectam refectionem eſſe in ſumptione corporis,& ſanguinis Ieſu Chriſti. Et eſt bene ponderandum, quòd beatus Bernardus nõ dicit, vt doceamur plenam, & perfectam refectionẽ eſſe in ſumptione Ieſu Chriſti. Quia iſta ſumptio vtriuſque fit tam perfecte,& efficaciter ſub ſpecie panis,ſicut ſub vtraq;, vt prius pluries eſt tactum. Item arguitur auctoritatibus domini

Alberti Magni Epifcopi Ratisbonẽfis. & primo auctoritate eiufdem in fua Sũma de officio Miffæ,tractatu de fanguine Chrifti,vbi fic dicit.Vnde Leuit.11.dicitur,Animal,quod non ruminat, immundum erit. hinc eft,quòd de duobus, quæ funt in hoc facramento materia cibi, & potus dicitur Ofee.7.Super triticum, & vinum ruminabunt.hæc enim duo ab omnium fidelium ore ruminandi frequentata memoria funt in facramento,quia hoc eft maximum fidelium bonum. Zachariæ. 11. Quid enim bonum eius eft, & quid pulchrum eius,nifi frumentum electorum,& vinum germinans virgines,hoc eft virgineas mentes? & infra patet, quòd pro certo peccant, qui magnum ad corporis fui,& paruum,vel nullum ad dominici fanguinis poculum,exhibent ftudium,quia Chrifti fanguis incorporat nos fibi: & ideo dilectio, quæ fit in cibo, & potu corporalibus, quando incorporantur corpori debent fieri in nobis incorporatione ad corpus, & fanguinem Chrifti,quibus nos incorporamur.Omnis autem homo poteft aduertere quam purus, quam faporofus, quam electus effe debeat, qui fanguini Chrifti, quia per omnia corporis eius membra fluere debet,eft & corporandus.hæc ille. Secũda auctoritas eiufdem habetur in eodem libro,vbi dicit,Omnis fanctus fcit,quòd fine corpore,& fanguine Chrifti non eft vita gratiæ, & iocunditatis æternæ. & infra. Si igitur corpus dominicum,corpus in forma panis per fe,& fanguis

guis dominicus in ſpecie vini,in vſu iſtius gratiæ ſunt ſumenda. & infra. ex omnibus iſtis accipitur,quòd Chriſtus ſub vna ſpecie panis corpus ſuum tradidit,& ſub altera ſpecie vini tradidit ſanguinem,& ſic ſeruandum inſtituit.& cum Chriſti actio noſtra ſit inſtructio,pro certo hæc duo nobis ſeruanda eſſe præcepit. & ideo ſub vna ſpecie corpus,& ſub altera credimus ſanguinem. hæc ille. Tertia auctoritas eiuſdem habetur ibidem,cum dicit,Cum igitur alimentum ad naturæ perfectionem non poſsit perfecte ſignificari,niſi in edulio cibi,& potus, oportet, quòd elementum cibi,& potus ſit in ſacramento: nutrimentum tamen ſpirituale non perficitur ſine potus ſignificatione, ſic & nutrimentum corporalẽ non perficitur ſine potu:& ſicut poſt nutrimentum corporale ſumitur potus ad perfectionem nutrimenti: ita & in nutrimento ſpirituali datus eſt potus ſpiritualis ad perfectionem nutrimenti ſpiritualis,quia a nutrimento habet diuiſam operationem in ſatisfactione ſitis,& latione nutrimenti. hæc ille. Quarta auctoritas eiuſdem ibidẽ.cũ ergo Deus ſic ordinauerit, & multiplicauerit ſacramẽta,quòd omnes gratias ſacrales habeamus in ſacramẽtis, & alia gratia ſit redẽptionis per ſanguinem,quam cõionis per corporis Chriſti ſumptionẽ: non ſufficit in ſacramẽto habere elementũ ſignificans redemptionem. Et ſic Chriſtus hac rõne inſtituit vtrũq;.Quod ergo dr̃,quòd alterũ videtur eſſe ſuperfluũ, cũ ſanguis

habeatur in corpore, & corpus in ſanguine,dicẽ dum,quòd hoc non eſt verum. Verum quidẽ eſt, quòd ſanguis habetur in corpore, ſed non ex vir tute ſacramentali, ſed potius ſanguis habetur in corpore ex vnione naturali, qua humores vniun tur cum corpore,cuius ſunt humores. Anima au tem habetur per vnionem potentiæ ad actum. deitas autem habetur cum iſtis per vnionem gra tiæ:tamẽ nihil horum, niſi corpus habetur ex vir tute ſacramẽti. Oportet autem propter effectum ſpiritualem, vt ſanguis ibi habeatur ex virtute ſa cramenti ad nutriendum pertinẽte,& ideo opor tuit vt eſſet ibi confectio ex elemento potus, ſi-cut fuit ibi confectio ex elemento cibi: quia ali-ter ſacramentum in virtute, & ratione ſacramen tali eſſet imperfectum:quia non ſignificaret per-fectum elementum,quia nullum alimentum ho-minis perficitur ſine potu.hæc ille. Reſpondetur ad omnes illas auctoritates in genere, quòd tem pore Alberti fuit iſte modus communicandi ſub ſola ſpecie panis, & ipſe nullibi redarguit eum, quod tamen feciſſet ſi eum reputaſſet illicitum: immo ipſe putat eccleſiam non poſſe ſolum lai-cis miniſtrare ſub vna ſpecie: ſed etiam putauit, quòd poſſet ordinare, quòd ſacerdotes confice-rent licite ſub ſola ſpecie panis. propter hoc in tractatu ſuo de Miſſa,prope finem,dicit,propter intollerabile damnum,quod incurrunt habitan-tes in terris,vbi non habetur vinum, expediret, quòd diſpenſaretur, vt corpus Chriſti ſine calice

confi-

confici poſſet. & reddit illius cauſſam cum ſubdit, Corpus enim non eſt ſine ſanguine, & anima & deitate: quamuis non ſit ibi ſanguis vi conſecrationis. Non ergo credendum eſt, quòd per au ctoritates hic allegatas voluerit in eodem libro contrariũ iſtius aſſerere, & ſibi cõtradicere. Sed ad primam auctoritatem in ſpeciali dico, quòd duas habet partes. ſecunda ibi patet, quòd pro certo peccant. In prima parte vult, quòd materia ex qua ſola hoc ſacramentum confici poteſt, eſt frumentum, & vinum. quòd patet ex hoc, quia in principio iſtius tractatus de ſanguine domini di cit: Sicut confici non poteſt, niſi de frumẽto cor pus domini: ita & dicimus, quòd ſanguis domini non poteſt niſi de vino cõſecrari: quia Chriſtus ſe vino comparari fecit, & viti ſe ipſum comparauit. & hoc ipſe probat per longum proceſſum, & prope finem primi paragraphi ponit iſtam pri mam partem præſentis auctoritatis, & poſt illam concludit. ſic ergo patet, quòd ex comparatione ſanguinis Chriſti ad vinum, non deberet in ſacra mentali cibo eſſe niſi vinum. Ex quibus patet, quòd ſolum in hac parte ex intentione oſtendit, quòd ſanguis Chriſti non poteſt confici niſi ex vino. & ideo illa pars auctoritatis non eſt ad propoſitum, neque contra dicta. Ad ſecundam partem illius primæ auctoritatis dico, quòd ipſe in paragrapho, in quo iſta auctoritas ponitur, lo quitur de confectione, & ponit ibi duo. primum eſt, quòd propter reuerentiam ſacramenti, bonũ

vinum

vinum,& electum debet esse in sacrificio.& probat illud pluribus auctoritatibus scripturæ, post quas allegat illud Malach. 1. Maledictus, qui habet in grege suo masculum,idest perfectum,& offert domino debile.Ex quo concludit,quòd multo magis maledictus est, qui ad mensam suam facit afferri vinum bonum,& electum, & in sacrificium sanguinis domini assumit valde debile. Secundum,quod ponit ibi,est, quòd vinum ad hoc sacrificium offerendum debet poni in vasis mundis.vnde dicit,merito maledictus est,qui vinum electum in vasis mundis,& preciosis bibit in mēsa propria,& in vasis fœtidis,& ampullis corruptis vinum infici permittit, & sic fœtidum in calice offert in sacrificium domini.& post illa subiungit istam secundam partem primæ auctoritatis,dicens. Ex præmissis patet, quòd pro certo peccant,qui magnū ad corpus sui, & paruū, vel nullum ad dominici sanguinis poculum adhibent studium,reprehendens eos in hoc, qui vinum bonum,& in vasis mundis adhibent vsui,& nutrimento corporis sui, & vinum valde debile, aut corruptum, vel in vasis immundis,& fœtidis offerunt ad sacrificium sanguinis domini. Et statim post hoc declarat, quòd sicut volumus mundum, & purum esse cibum, & potum nobis incorporandos,& ponimus ad vasa munda,& pura: ita multo a fortiori debet in nobis fieri respectu corporis,& sanguinis Christi, scilicet,vt nos simus puri, & mūdi,qui volumus tanquam

quam vaſa nos ſumere corpus, & ſanguinem do mini. Et qui per iſtam ſumptionem veri corporis, & ſanguinis domini volumus incorporari corpori,& ſanguini Chriſti myſtico. & illud cõ ſequenter innuit in verbis iſtius auctoritatis, quæ ſequuntur, vt patet examinanti. Ad ſecundam auctoritatem dicitur, quòd habet tres. ſecunda pars ibi,ſic igitur corpus.tertia ibi,ex omnibus iſtis accipitur. Prima pars illius auctoritatis ponitur in eodem paragrapho cum præcedenti.& ſi intelligitur de ſumptione veri corporis,& ſanguinis domini, non eſt contra nos, vt notum eſt. & iſta magis loqui videtur, eo quòd ipſe ſtatim poſt prædicta verba, ſubdit. vnde Ioan.6. Niſi manducaueritis &c.quæ verba non poſſunt intelligi vniuerſaliter niſi de ſumptione ſpirituali, vt ſupra dictum eſt. & ipſemet ſic exponit in poſtilla ſuper Ioannem, vt etiam ſupra allegatum eſt.Secunda pars auctoritatis vult, quòd quicumque ſumit totale ſacramentum,iſte debet ſumere ſeorſum corpus ſub ſpecie panis, & ſeorſum ſanguinem ſub ſpecie vini, & nõ con iunctim,ſic quòd panis ſit intinctus ſanguini. & ponitur illa pars cum ſequenti in alio paragrapho,in quo ex intentione oſtendit, quod nullus debet immediate de manu ſacerdotis ſumere ſacramentum ſub ſpecie panis intinctum in ſanguine,ſiue etiam in vinum. & hoc propter periculũ diſtillationis in terrã. Si corpus dominicũ intingeretur in ſanguinẽ,aut etiã ſi intingeretur in vi-

in vinum:quia vt ipse dicit, illud vinum omni re uerentia dignum efficeretur ex ipsa intinctione, & non esset cautũ illud porrigere,de manu: quia vix, aut nunquam posset caueri, quin aliquid a manu porrigentis stillaret,aut manibus adhæreret.Tertia pars auctoritatis loquitur de celebratione sacramẽti sub vtraq; propter perfectionẽ sacramentalẽ.& quod hoc sit verum,declaratur, non stando nudis verbis illius auctoritatis:sed secundum glosam theologicam, quæ in omnibus talibus seruanda est. videamus præcedentem, & sequentem passus,vt intẽtionem auctoris ex hoc intelligamus, qui prope principium paragraphi dicit, Postquam Christus exhibuit corpus suum sub specie panis, tunc etiam postea sanguinem sub specie vini.Et vtrunque sacramentaliter esse præcepit,& per statuta apostolica ecclesia confirmauit.& ideo instructa actione Christi vtrunque celebrat diuisim,conficiendo sanguinem ex specie vini,& hoc probat postea ex dictis, & factis Christi in vltima cœna. Et tunc consequenter subdit verba hic allegata,ex omnibus istis arguitur &c. Per hoc non intendens, nisi quòd Christus confecit in duplici specie, & discipulis illo modo tradidit,& sic celebrãdum instituit.& hoc celebrantes seruant conficiendo, & umẽdo sub vtraque specie propter perfectionem significationis, quæ ad sacerdotes pertinet. & quòd de hac confectione loquatur,iterum declarat, cum infra eodem paragrapho ad propositum sic con

cludit.

cludit.oportuit ergo,vt ibi eſſet confectio ex elemento potus, ſicut fuit ibi confectio ex elemento cibi:quia aliàs ſacramentum in virtute,& ratione ſacramentali eſſet imperfectum: quia nõ ſignificaret perfectum elementum.Ecce quomodo loquitur de confectione,& perfectione ſignificationis,& non de miniſtratione,quo ad laicos ſub vtraque ſpecie. Et ſi quis contendat de vltimis verbis auctoritatis, ſcilicet de iſtis: & ideo ſub vna ſpecie corpus, & ſub altera tradimus ſanguinem:dico,quòd vult quando alicui non celebranti,tradimus plenum ſacramentum,vt in pluribus eccleſiis fit de miniſtrantibus ad altare in veſtibus ſacris,tunc tradimus eiſdem corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini. Sed non habetur, quòd omnibus ſit ita tradendum, & minime habetur,quòd ſic tradere, de neceſsitate ſalutis. quòd tamen aduerſarii deberent probare:vel poteſt applicari ad illam vltimam particulam. Solutio prima generalis ſupra in ſecunda parte minus principalis poſita: verba enim ſingularis doctoris ius non faciunt,nec ritum eccleſiæ immutare poſſunt.Ad tertiam,& quartam ſimul dico,quòd ponuntur in eodẽ paragrapho, cum auctoritate præcedenti: & ſicut oſtendũtur verba eorum,& etiam paſſus præcedentes,& ſequentes,& etiam verba prius allegata: tũc ambæ loquuntur de celebratione, & confectione ſacramenti,quæ fit ſub vtraque ſpecie. propter dotalitatem ſacramẽti, & perfectionem ſignificatio-

nis

nis eius,& ista fit per sacrificantes, ad quos hoc pertinet,& non ad laicos,qui sumunt sacramentum,ad refectionem,& efficaciam. totalis autem efficacia, & perfecta refectio fit in sumptione sub vna specie, licet non perfecta sacramenti significatio,vt prius pluries dictum est. quæ tamē nihil tollit laicis de fructu quem haberēt ex ope re operato,vt etiam dictum est.Item arguitur au ctoritatibus beati Thomæ, & primo auctoritate eius in 3.part.suæ Summæ.q.76.artic.2.in solut. primæ rationis.vbi sic dicit.Quamuis totus Christus sit sub vtraq; specie,nō tamen frustra. Nam primo hoc valet ad repræsentandum passionem Christi, in qua seorsum fuit separatus sanguis a corpore. vnde & in forma consecrationis sanguinis,fit mētio de eius effusione. Secundo,hoc est conueniens vsui huius sacramenti,vt seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & sanguis Christi in potum.Tertio,quātum ad effectum,conueniens est dare sub diuersis speciebus ipsis fidelibus.eo quòd corpus Christi exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ. hæc ille. Secunda auctoritas eiusdem in eadem Summa.q.82.art.3.vbi sic dicit, Sanguis Christi dispensatur populis per diaconos. vbi & beatus Laurentius dixit beato Sixto,Experire vtrū idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici corporis dispensationem. & infra.quia diaconi sunt inter sacerdotes,& populū,magis con uenit diaconibus dispensatio sanguinis,quàm di

spensa-

ſpenſatio corporis. Idem dicit Auguſtinus in ſer mone nono de ſancto Laurentio. Quam glorioſa, & quanta virtutum multitudine quaſi florum varietate diſtincta Laurentii ſit corona, vniuerſa teſtis eſt Romana Eccleſia. In ipſa enim eccleſia ſicut ſoletis audire, diaconi gerebat officium, ibi ſacrum Chriſti ſanguinem miniſtrauit, ibi pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit. hæc ille. Tertia auctoritas eiuſdem habetur in hymno, Verbum ſupernum &c. qui eſt de cor pore Chriſti, vbi ſic dicit, Quibus ſub bina ſpecie carnem dedit, & ſanguinem: vt duplici ſpecie totum cibaret hominem. hæc ille. Quarta auctoritas eiuſdem habetur in hymno, Sacris ſolemniis. vbi ſic dicit, Dedit fragilibus corporis ferculum: Dedit & triſtibus ſanguinis poculum: Dicens, Accipite quod trado vaſculum, Omnes ex eo bibite. Sic ſacrificiū iſtud inſtituit, Cuius officium committi voluit, Solis presbyteris, quibus ſic congruit, Vt ſumant, & dent cæteris. hæc ille. Notandum ſicut patuit ſupra in ſecunda par te principali, tunc beatus Thomas ex intentione ponit, & determinat, vt licite populus laicalis ſub vna ſpecie communicat. Et in tertia parte dictum eſt, quod aſsignat cauſas, propter quas rationabiliter introducta eſt, quòd nunc non ſigni ficantes ſub ſola ſpecię panis ſumūt ſacramentū euchariſtiæ. In illa quarta parte dictum eſt, quòd beatus Thomas exponit textum Io. 6. Niſi manducaueritis &c. de manducatione ſpirituali, &

myſtica

myſtica.vellem itaque, quòd eum,quem ſic pro ſe allegant etiã in aliis ſuis dominis ſuſtinerent, quod ſi facerent vtique non dicerent hanc com municationem laicalẽ de ſua intentione,& præſertim neceſsitatem eiuſdem. non enim eſt putandum,quòd voluit per has auctoritates contrarium determinare,& aſſerere, & ita ſibiipſi contradicere. Dico ergo ad primam illarum,quòd ipſe aſsignaret cauſas, quare vna ſpecies non ſit fruſtra,quando ſacramentum conficitur,& ſumitur ſub vtraque ſpecie:cũ tamen idem contineatur vtrobique. & de hoc aſsignat tres cauſas,quarum prima eſt propter expreſsiorem ſignificationem paſsionis Chriſti,quæ fuit in corporis afflictione,& in ſanguinis effuſione.Secunda eſt,propter expreſsiorem ſignificationem completæ refectionis ſpiritualis, quia licet ſub ſpeciebus panis ſumatur etiam ſanguis, tamen ibi non ſumitur per modum potus, & licet ſub ſpeciebus vini ſumatur ibi corpus,non tamen per modum cibi. & ergo vt ibi ſumeretur corpus per modum cibi,& ſanguis per modum potus,ſumitur ſub duplici ſpecie, vt ſic ſignificetur perfecta refectio ſpiritualis,quæ fit per hoc ſacramentum a ſacerdotibus, & in aliquibus eccleſiis etiam a leuita, & ſubdiacono miniſtrantibus in ſacris veſtibus, vt dicit in poſtilla ſuper Ioãnem.Tertia eſt propter diſtinctos effectus ſacramenti, non quidem ad cauſandum diſtinctos effectus,ſed ad expreſſius eos ſignificandum:licet enim ſub ſola ſpecie

noſtri

panis offeratur caro Chriſti pro ſalute corporis noſtri,& ſanguis pro ſalute animæ noſtræ, & ſic ſuo modo de ſola ſpecie vini: tamen huius oblationis pro anima,& corpore noſtro non fit tam expreſſa ſignificatio, cum ſumitur ſub vna ſpecie tantum,ſicut cum ſumitur ſub vtraque, & illa eſt intentio glo. 1. ad Cor. 11. & Magiſtri diſtinctio. 11.quarti.vbi dicit, Ideo in duabus ſpeciebus celebratur,vt animæ, & carnis ſuſceptio a Chriſto vtriuſq; liberatio in nobis ſignificetur. Talis autē perfecta,& completa ſignificatio principaliter pertinet ad ſacerdotes coram populo celebrantes,vt prius ſæpe dictum eſt.& ergo tota auctoritas de ſacrificantibus debet intelligi. Secundo dicitur, quòd ſecunda pars illius auctoritatis debet ſic intelligi. Conueniens & vſui, id eſt vſus,& conſuetudo cõueniens eſt, quòd hoc ſacramētum exhibeatur, ideſt offeratur ſeorſum in altari, ideſt diuiſim ſub duplici ſpecie:pro fidelibus,ideſt pro peccatis omniũ fidelium,corpus Chriſti in cibum ſpiritualem, & ſanguis in potum ſpiritualem. Ad ſecundam dicitur, quòd illa verba dixit beatus Thomas arguendo,& hæc non multum faciunt ad propoſitum, niſi quantum in ipſis fit mentio de beato Laurentio, de quo conceditur,quòd miniſtrauit ſanguinem domini populis: ſed tempore ſuo mos in illa eccleſia,cui deſeruiuit populum ſub vtraq; ſpecie cõmunicare. Secundo dicitur,quòd plures libri nõ habent,populis.Sed ſic ſanguis Chriſti diſpenſa-

tur per diaconos, & hoc est verũ quo ad aliquas ecclesias, in quibus diaconus distribuit sibi,& sub diacono sanguinem de calice. Sed modo non distribuit populis,quia est contra consuetudinem, & constitutionem ecclesiæ vniuersalis, quàmuis ex officio posset,si consuetudo, & statutum ecclesiæ,& rationabiles causæ non obstarẽt:& hoc vult beatus Thomas in secunda parte auctoritatis,dicens,Et quia diaconi &c.& tunc ad auctoritatem beati Augustini dicitur, quòd loquitur de consuetudine antiqua Romanæ Ecclesiæ.

Ad tertiam respondetur,qui sumit hoc sacramentum sub specie panis, sumit corpus,& sanguinem quo ad efficaciam. Ideo cibatur secundum corpus,& animam. ergo quod hic dicitur, debet intelligi de significatione, vt sit sensus, quibus semper discipulis Christus dedit sub bina specie carnem.per hoc significetur cibatio hominis secundum duplicem substantiam, scilicet secundum corpus, & secundum animam quantum ad effectus bonos, quos in eo qui digne sumit,operatur quo ad vtrunque, scilicet corpus, & animam,quos habebit in resurrectione, & anima quo ad aliquid nunc, & perfecte in gloria. ponuntur autem communiter duodecim vtilitates, seu fructus spirituales eucharistiæ, quæ habentur in his metris.

Inflammat,memorat, sustentat, roborat,auget:
Hostia spem purgat, reficit,uitam dat, & unit:
Confirmat fidem,munit,fomitemque remittit.

Habet

Habet enim quoſdam effectus in ipſo manducante abſolute, quoſdã in corporatione ad Chriſtum. Primo modo dupliciter, quoſdam reſpectu boni,& hoc quo ad eſſe,& ſic vitam dat. vel quo ad ſentire,& ſic reficit. vel quo ad operari, & ſic ad bonum roborat. Quoſdam vero habet effectus reſpectu mali,quia ſuſtentat contra caſum ex propria infirmitate,munit contra impulſum dæmonis,remittit ardorem concupiſcentiæ carnalis, & purgat peccatum veniale. Alios effectus habet in comparatione ad Chriſtum, quia paſsionem eius ſignificat,& illam ad memoriam reducit,& hinc confirmat fidem,auget ſpem,inflammat charitatem,& perficit vnionẽ. Ad quartam dicitur, quòd loquitur de ſacrificantibus. vnde notanter dicit, Sic ſacrificium illud inſtituit.& non dicit laicam communicationem, ſic inſtituit.debet ergo ſic intelligi, Chriſtus dominus noſter dedit fragilibus, ſcilicet apoſtolis ipſum negaturis,& ab eo per fugam receſſuris.corporis ferculũ,ideſt pro ſalute corporis oblaturũ. vel corpus ſuũ dedit & triſtibus, ideſt de morte Chriſti dolentibus,ſeu triſtitiã habẽtibus.ſanguinis poculũ,ideſt ſanguinẽ ſuũ per modũ potus, ſeu ſub ſpecie potabili,dicens, Accipite vos mei apoſtoli mecum collecti,& omnes ex eo bibite. & ſic ſacrificiũ ipſe dñs noſter inſtituit ſub dupli ci ſpecie, cuius officiũ,ſ.conficere,ſacrificare,& offerre,ſolis presbyteris cõmitti voluit.& primo apoſtolis primis ſacerdotib.poſtea eorũ ſucceſ-

foribus facerdotale officium in offerendo, & facrificando, exercendum, quibus fic congruit, vt fumant fub duplici fpecie, & dent cæteris non facrificantibus. aptis tamen ad communionem fuo modo, non iam fub bina fpecie, fed fub vna, ficut obferuat, & facit Ecclefia Romana.

Sed occurrit dubium, quibus debet dari facramentum eucharistiæ, & quot conditiones requiruntur ad ipfum rite, & apte fufcipiendum. Refpōdetur, quòd Paulus de Perufio ponit vndecim conditiones, quas quilibet volens communicare, debet in fe habere, & cōmuniter doctores confentiunt in hoc. Prima eft, quòd fi homo, quia folus homo poteft hoc facramentum fpiritualiter, & facramentaliter recipere, & fructum eius fufcipere, & per illam excluditur brutum. & angelus tā bonus, quàm malus. Secunda, quòd fit viator. Vnde hoc facramentum viaticum dicitur, quia in via hominem reficiens, vfque ad patriam deducit. Eft igitur hoc facramentum viatoris, & non comprehenforum, quia comprehenfor fumit pleno ore, & reuelata facie: viator verò fub facramentali fpecie. vnde fi appareret facerdoti mater eius prius defuncta, vel pater, vel alter quicunque, non deberet ei euchariftiam miniftrare. Tertia, quòd fit fidelis, quia non debet miniftrari nifi baptizatis, qui iam funt de familia Chrifti, & propter hoc cathecumenis miniftrari non debet, quantumcunque etiam fidem habeāt, quia nondum funt de familia Chrifti.

Quarta

Quarta, quòd sit adultus, quia pueri non sumũt vt signum sacræ rei,sed vt alium cibum. Ipsi enim propter carentiam discretionis, non noscunt se percipere corpus Christi,quæ tamen requiritur secundum illud Apostoli 1.ad Cor.11. Non diiudicans corpus domini.ex quo habetur, quòd solum debet dari diiudicanti actu,vel habitu hunc cibum ab aliis.Sed dubitatur ad quotum annum debent pueri prohiberi. Petrus Aureoli dicit, quòd non est tempus determinatum, sed quando in eis apparent signa discretionis, quæ quidam habent citius,quidam vero tardius,tunc possunt communicari, & hoc iudicio boni viri est committendum. sanctus Thomas dicit,quòd debent esse decem,vel duodecim annorũ,& tunc si signa discretionis apparent, possunt communicari,alias nõ. Sed Petrus de Palude dicit,quòd si habent aliquam deuotionem circa nonum,vel decimum annum, possunt communicari,quia innocentia recompensat ignorantiam. Sed Paulus de Perusio dicit, quòd quãdo sunt doli capaces, tunc ad communicandum sunt habiles. Quinta,quòd sit mente præditus,& habeat vsum rationis,vnde non debet dari dæmoniacis,amẽtibus, furiosis,mentecaptis,aut freneticis. de amentimus tamẽ notandũ. quidam dicuntur large amẽtes,qui debiliter mentem,& rationem habent.& tamen sunt dociles eorum, quæ ad fidem, & deuotionem sacramenti pertinent:& talibus nõ est negandum. Quidam autem omnino carent iudi

cio rationis, & si tales a natiuitate fuerint, non debet eis dari, quia non possunt ad deuotionem induci. Sic etiam dicitur furioso si aliquis talis est a natiuitate, habet tamen aliquãdo lucida interualla, in quibus confitetur, & apparent in eo signa deuotionis, potest sibi dari eucharistia, si non timetur de periculo vomitus, vel conspuitionis, vel alterius irreuerentiæ. Et si non est furiosus a natiuitate, nec habet lucida interualla, & præsumitur esse in peccato mortali, non est danda eucharistia, quotiescunque confiteatur. extra de baptismo, & eius effectu. Sexta, quòd sit ieiunus ieiunio naturæ, & de illa conditione prius sufficienter dictum est. Septima, quòd sit deuotus, quia sicut non potens digerere cibum naturalem ex defectu caloris naturalis, nõ est aptus ad capiendum cibum corporalem, sic carens deuotionis ardore, nõ est aptus ad sumẽdũ cibũ sacramentalẽ. & habetur de consec. dis. 2. Timorẽ.

Sed circa hoc dubitatur, vtrum extraneis, de quorum conscientia non constat, sit sacra communio deneganda. Respondetur, quòd sic, vt de consecrat. distinct. 2. Tribus gradibus, vbi dicit Clemens Papa, Præcipimus, quòd nunquam extraneo clerico, vel laico de fragmentis oblationum domini quidquam ad mẽsam proponatur. Vnde scis tu, qui passim sanctuarii panes indignis impendis? Vnde nosti si a mulieribus mundi sunt? hinc etiam Dauid ab Abymelech sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad comeden-

dum

dum poſceret, & cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.

Secundo dubitatur, an eucharistia pro purgatione furti ſit danda, puta quando in monaſterio calices ſunt furtiue ablati. Reſpondetur, quòd vnum decretum. 2.q.7.cap. Sæpe dicere, videtur quòd ſic: dicit enim quòd eucharistia eſt danda, in hæc verba: corpus domini ſit tibi ad probationem hodie. Sed hoc fieri non debet, quia hoc eſſet tentare Deum. & ergo Canon ille abrogatus eſt per contraria documenta, & ſtatuta Pontificum Romanorum. dicunt tamē aliqui, quòd intentio decreti non fuit, vt fiat purgatio, ſed vt propter timorem talis purgationis a furtis abſtineatur. ſed non eſt licitum ſic ſimulare, vt in ſimili probat beatus Aug. in libro contra mendaciū, non licet aliquem ſimulare ſe hæreticum, vt hæreticos apprehendat. Tertio dubitatur, an ſit.

Quarto dubitatur, an debeat dari euntibus ad bellum, & tormenta. dicunt doctores, quòd nō, cum talia ſint prohibita.

Quinto dubitatur, ſi deuotus homo pro defenſanda iuſtitia, vel innocentia vadit ad duellum, an debeat ſibi dari eucharistia? dicit Petrus Aureoli ſi talis petit, & requirit duellum, non debet ei dari. Si vero tantum ſit requiſitus, ſic quòd ſi non intraret, perderet perſonam, & bona ſecundum leges patriæ illius, credit, quòd non debeat ei denegari. Decima, quòd ſit mundus. vbi dubitatur primo, an mulieribus

tempore menſtrui, vel in puerperio,ſit dandum hoc ſacramentum.Reſpondetur,quòd ſic. ſi tamen abſtinerent, laudandæ eſſent: ſi vero recipiunt,non ſunt de hoc iudicandæ.Secundo dubitatur,an leproſis ſit dandum hoc ſacramentum. Reſpondetur,quòd ſic,& etiam in publico. Sacerdos tamen leproſus prohibetur a celebratione.extra de clerico ægrotante. Tua nos. & hoc in publico propter horrorem.poteſt tamen in ſecreto celebrare, ſi ſine periculo poterit officium adimplere.Tertio dubitatur,an propter nocturnam pollutionem quis debeat a ſumptione huius ſacramenti abſtinere. Reſpondetur,ſi pollutio proueniat ex crapula mortali, &homo hoc ſciat, vel probabiliter dubitat, debet neceſſario abſtinere a celebratione,& perceptione. Si autẽ proueniat ex crapula veniali ſine turpi imaginatione, non impedit a perceptione: ſed prohibet de congruo a celebratione,niſi neceſsitas immineat. Si autem ſolum proueniat ex ſuperfluitate naturæ ſine tali crapula præuia, vel cogitatione turpi,non impedit a celebratione, vel perceptione,ſi neceſsitas immineat,vel deuotio expoſcat.habet tamen immunditiam corporalem, & poteſt hebetudinem mentis introducere.ergo ſi quis propter reuerentiã abſtineat,eſt laudandus, potiſsime ſi ſentit ad inquinationem illam multum animum inclinaſſe ſiue in ſomniis,ſiue in vigilia. Si autem ſentit naturam magis expeditam eſſe, & vlterius deuotio trahat, vel ſolemnitas

vel

vel aliquid aliud,quod multum recompenſat,arbitrandum eſt ipſum ſine remorſu accedere. Si autem pollutio proueniat ex turpi cogitatione mortali prohibetur de neceſsitate a celebratione & perceptione. Si autem prouenerit ex turpi cogitatione veniali prohibet de congruo,niſi appareat.Si autem proueniat ex mera illuſione diaboli,de congruo impedit, quia videtur, quòd propter aliquam culpam noſtram diabolus permittatur aliqua fœda procurare, & prouocare in nobis.Si autem probabiliter appareret, quòd in nobis fructum ſpiritualem impedire vellet per huiuſmodi pollutiones, quas prouocaret ſine noſtra culpa,ſicut frequẽter accidit, & præcipue in diebus,quibus quis communicare debet,non eſt abſtinendum: Vnde in tali caſu conſultum fuit cuidam monacho,vt in collationibus patrum legitur,& ſic videns diabolus ſe non poſſe,ab illuſione ceſſauit.ordinaliter tamen,q̃a cauſa,ex qua contingit, non poteſt ita de facili percipi, tutius eſt ſemper abſtinere,niſi neceſsitas incumbat. & vt dicitur communiter talis debet abſtinere ad vigintiquatuor horas, quia in tanto tempore natura,quæ per corporalem immunditiam,& mentis hebetudinem deordinata fuit, reordinabitur. dicit tamen ſanctus Thomas,quòd ſi immunditia corporis perpetua ſit,tunc non impedit ſumptionem huius ſacramenti, ſicut in leproſis, vel patientibus fluxum ſanguinis,vel ſeminis. Si autem ſit temporalis,& de facili purgabilis, tunc ſi
ſit

ſit bene diſpoſitus mente ſumere non prohibetur, quàmuis poſsit ad tempus laudabiliter abſtinere propter reuerentiam ſacramenti. Dubitatur quarto, an actus matrimonialis impediat a communione. Reſpondetur ſecundum ſanctum Thomam in tertia parte Sũmæ quæſ. 80. quòd ſi coitus coniugalis ſit ſine peccato, puta cauſã generandæ prolis, vel cauſa reddendi debitum, nõ aliter impedit, niſi propter immunditiam corporalem, vel mentis hebetudinem, vel diſtractionem, vt dictum eſt de pollutione nocturna, quæ fit ſine peccato. In tali ergo caſu, vt dicit beatus Gregorius, ſuo ſunt iudicio relinquendi. ſed qui voluptate dominante coniugi miſceretur, prohiberi debet ab hoc ſacramento 33. quæſt. 4. Vir cum propria etiam poſt factam communicationem, nõ licet iſta die debitum exigere, nec etiam exactum reddere, niſi cum difficultate. Sed tamen contrariũ non putat mortale. & nota, quòd decens eſt, quòd volens communicare abſtineat ab actu coniugali per tres, vel quatuor, vel quinque, vel ſeptem dies, vt habetur de conſe. diſt. 2. cap. Omnis homo, illud eſt conſilium, & non præceptum, nec intelligitur de reddendo debitum, ſed petendo. Quia ſi alter coniugum petat, alter reddere tenetur: poſito etiam, quòd debeat communicare, alias peccaret mortaliter. vel dicit Landulphus quia exponeret illam periculo fornicationis. Dubitatur quinto, an ſomnum homicidii impediat ſumptionẽ ſacramenti. Reſpondetur

detur ſecundum ſanctum Thomam, quòd illud, non inducit immunditiā corporis, nec facit tan tam diſtractionem mentis, ſicut ſomnium forni cationis propter intenſionem delectationis, & ſic de per ſe, non impedit. ſi tamen proueniat ex cauſa, quæ eſt peccatum mortale, impedit ratione ſuæ cauſæ a ſacramenti perceptione. Conditio vndecima, quòd habeat rectam intētionem: nō enim debet ſumi, niſi ad illum finem, ad quē Chriſtus ipſum inſtituit, & non ad maleficium exercendum, ſicut quandoq; repertum eſt ab incantatoribus, & ſortilegia exercentibus, conſulentibus, quòd ſi quis corpus Chriſti recipiat, facit cum mulieribus indecentias iuxta libitum ſuum &c. Item arguitur auctoritate Innocentii in lib. 4. de ſacramento euchariſtiæ cap. 21. ſic di centis, Simili modo licet ſub vtraque ſpecie ſumatur vtrunq;, ideſt corpus, & ſanguis, vtraque tamen ſpecies conſecratur, & neutra ſuperfluit, vt oſtēdatur, quòd Chriſtus naturā humanā totā aſſumpſit, vt totam redimeret, panis enim ad cor pus refertur, & vinum ad animā, quia vinum ſan guinem operatur, in quo ſedes eſt animæ, vt legitur in Leuitic. Anima carnis in ſanguine eſt; Moyſes quippe teſtatur, quòd caro pro corpore, ſanguis autem offeratur pro anima, quo circa panis, & vinum in ſacrificium offeruntur. quòd valet ad tuitionem carnis, & animæ, ne ſi ſub altera tantum ſpecie ſumeretur, ad alterius tantum putaretur pertinere ſalutē. Et quāuis ſub ſpecie

panis

panis sanguis sumatur cum corpore, & sub specie vini corpus sumatur cum sanguine: tamẽ nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie vini bibitur, aut comeditur, nec corpus bibitur. ita neutrum sub specie panis bibitur, aut sub specie vini manducatur: & si cõcessibile videatur, quòd corpus bibendo, & sanguis comedẽdo sumatur. Est ergo modus sumendi carnem, & sanguinem, quo neutrum manducatur, & bibitur. Ex qua auctoritate colligunt aduersarii, ex quo sanguis sub vna specie, scilicet panis, non potest bibi: tunc necessario requiritur ad species, scilicet vini, & ita sub vtraque populus debet communicari. Respondetur, dato quod intelligi deberet de omnibus indifferenter, tam sacerdotibus, quàm laicis, quod tamen non credo esse verum: tunc auctoritas non est ad propositum, quia nullam facit mẽtionem de necessitate sic sumendi, quod tamen debent aduersarii probare. etiam ipse Innocentius in illo libro, vt doctor, & non vt vniuersalis ecclesiæ Episcopus: verba autem doctoris cõtra ecclesiam ius non faciunt, vt prius dictum est. ergo &c. Secundo dico, quòd auctoritas non loquitur de laicis, eò quòd de eis nullam facit mentionem, sed solum de sacerdotibus, qui sumunt, & cõficiunt sub vtraque specie propter perfectam significationem: quod patet ex hoc, quia mentionem facit de oblatione, & sacrificatione. & rubrica eiusdem capituli dicit, cur eucharistia sub duplici specie consecratur. & quod dicit de sumptione

ptione etiam intelligi debet in ſacrificio. Si enim in ſacrificio tantum ſub vna ſpecie ſumeretur, tunc ſolum ad alterius, ſcilicet corporis, vel animæ ſalutem putaretur pertinere. ſed ſub vtraque ſpecie ſumitur o ſacerdotibus propter perfectã ſignificationem, vt dictum. & quod vlterius dicit quòd nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur, & comeditur &c. debet intelligi ſub proprio ſigno, ſeu euchariſtia danda excommunicatis. Reſpondetur, quòd nõ, immo ſacerdos dans eis deponeretur. 12.q.2. Qui diuinis, & humanis. Niſi forte ſacerdos probaret ſe ignoraſſe illum fuiſſe excommunicatum. Quarto dubitatur, vtrum ſacerdos parochialis debet credere ſubdito dicenti ſe eſſe confeſſum alteri, vt ſic det ei euchariſtiam. Reſpondetur ſecundum Thomam de quolibet in quodam, quòd in foro iudiciali creditur homini contra ſe, non pro ſe, in foro autem pœnitentiali creditur pro ſe, & contra ſe ſi ergo ſit impedimẽtum tale, quòd ad forum iudiciale pertinet, vt excommunicatio, non credere tenetur ſacerdos ſubito, quem excommunicatum nouit, niſi ei de abſolutione cõſtat. Si autem ſit impedimentum, quòd pertinet ad forum pœnitentiæ, ſcilicet peccatum, tenetur credere, & iniuſte agit, ſi euchariſtiam denegat. Octaua, quòd ſit ſine conſcientia peccati mortalis poſt habitam diligentem diſcuſsionem conſcientiæ ſuæ &c.

Circa illam dubitatur, an ſacerdos peccet dãs hoc

hoc sacramentum ei, quem scit esse in peccato mortali. Respõdetur per illam propositionem. Sicut sacerdos grauiter peccat, si negat peccatori notorio publice petenti eucharistiã, sic peccat mortaliter, si dat in occulto hoc sacramentũ personæ, quam scit esse criminosam. Prima pars probatur, quia inferens pœnam publicam pro peccato occulto, est reuelator confessionis, vel proditor criminis. Sed sacerdos negans hoc sacramentum peccatori tali, est huiusmodi &c. Item nulli sine peccato potest negari ius suũ, nisi possit proponi contra eum legitima exceptio. sed subditus fidelis ius habet petendi communionem sacramentorum a sacerdote, nec iste habet exceptionem cum peccatum sit occultum. vnde & beatus August & habetur de consec. dist 2. Non prohibeat: dicit, Non prohibeat dispensator pingues terræ, idest peccatores, ad mensam domini manducare. sed exactorem in secreto moneat timere Deum, vt scilicet timore Dei desistat. potest etiã sacerdos in tali casu in generali monere, & prohibere, ne aliquis ad mensam domini accedat, antequam pœniteat, & ecclesiæ reconcilietur. Secunda pars patet per illud Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Et ibidem Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus ad manducandum. & scandalum potest faciliter caueri, ex quo in occulto petit, & crimen suum nõ est manifestum. Si autẽ in publico peteret, esset sibi dandum sacramẽtum. & auctoritates Matth.

allegatæ

allegatæ debent intelligi de peccatoribus publicis.ille autem eſt occultus,ex quibus ſequitur primo,quòd ſacerdos parochianum, cuius peccatũ eſt occultum,debet arguere in priuato,& non in publico nominatim,quãuis poſsit in genere.exẽplo Chriſti, qui dixit in generali, vnus ex vobis me tradet. Secundo ſequitur,quòd ſi peccatũ eſt manifeſtũ, debet ei negari euchariſtia,ſiue petat in manifeſto,ſiue ĩ occulto. Tertio ſeqtur, quòd ſacerdos in prædicto caſu non eſt particeps peccati,quod indigne ſumens cõmittit.patet,qa nõ dat ſibi ſponte,ſed exactus, vt ipſe non incurrat peccatũ proditionis,vel ſcãdali.& hoc potius debet vitare in ſeipſo, quã quòd vitet peccatum in alio.ſ.in ipſo ſumente. Secundo dubitatur, an in aliquo caſu ſacerdos licite poſsit dare hoſtiã non cõſecratam loco conſecratæ.Reſpondetur, quòd nõ.huius oppoſitũ tamen dicit Altiſsiodorẽſis,& male.ponit.n.aliquos caſus,vbi licet.ſed cõtra,ſi accederet aliquis, quem ſacerdos adhuc ſciret in peccato, tunc expediret ad reuerentiam ſacri,quòd ſibi non daret ſacrm.ſed daret ſibi hoſtiam non conſecratã loco cõſecratæ,ad vitandũ ſcandalũ populi,quod oriretur,quòd publice eũ pelleret.Reſpondetur,quòd non debet ſibi dare non conſecratã loco cõſecratæ: nihilominus.n. peccaret recipiẽs credẽs eẽ cõſecratũ,& peccaret ſacerdos ſimulando.Sed diceres,petat iſte pctõr panẽ nõ cõſecratũ dari ſibi loco cõſecrati pp vitare ĩfamiã,& corpis Chriſti irreuerẽtiã. Rñdet,
quòd

quòd in tali caſu non debet dari, quia in ſacramento veritatis nulla debet eſſe fictio: etiam ſacerdos ſimulando hoſtiam nõ conſecratam eſſe conſecratam, eſſet cauſa idolatrandi populo. & dato quòd notabilis vtilitas inde ſequeretur, ſcilicet conuerſio peccatoris, adhuc fieri non debet, quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, vt dicit Apoſtolus ad Ro.3.cap. Narrat enim Thomas de Argentina, quòd in diœceſi Colonien. fuerit quidam ſecrete exercens vſuram, nõ curans monita ſui ſacerdotis: ſed ſemper cũ aliis acceſsit circa feſtum Paſchæ ad communionem. Sacerdos volens igitur illum terrere, abſcondit groſſum Thuronenſem in medio duarum hoſtiarum non conſecratarum, porrigens hoc illi peccatori, qui cum ſenſiſſet groſſum in ore ſuo, valde perterritus, finita Miſſa, anxietatem ſui cordis expoſuit ſacerdoti. qui cum extraxiſſet groſſum de ore illius, ille credidit, quòd propter peccatum ſuum Deus miraculoſe corpus Chriſti in groſſum mutauit. tandem compunctus eſt tanta pœnitentia, quòd omnẽ vſuram reſtituit. Quãuis igitur effectus bonus ſequebatur, grauiter tamen ſacerdos ille peccabat ſic faciẽdo. Nona cõditio, quòd non ſit in conuerſione de crimine notatus: ſed ſit honeſtæ vitæ. Vnde communiter dicunt doctores, & pro regula generali, quòd non debet euchariſtia dari alicui de infamiæ crimine notato, ſicut hiſtrionibus vagis, publicis peccatoribus, ſuſpenſoribus, lictoribus,

apoſta-

apoſtatis,& ſimilibus,quod debet intelligi,quã-diu ſani ſunt,& impœnitentes.

Sed circa illam conditionem dubitatur,an hiſtrionibus debet dari euchariſtia.Reſpondetur, quòd decretum cap. pro dilectione de conſecra. diſt.2.videtur dicere,quòd non. dicit enim,puto nec maieſtati diuinæ,nec euangelicæ diſciplinæ congruere , vt pudor , & honor eccleſiæ tam turpi , & infami contagione fœdetur . vbi dicit glo.ſuper verbo,pudor. loquitur de notorio , & manifeſto infami,cui non eſt danda euchariſtia. Idem eſt dicendum de quolibet exiſtenti immortali,& notorio crimine. Si tamen,vt dicitur ibidem in cap.ſequenti, tales reuertãtur ad Deum , reconciliatio eis,& gratia non negatur; Non tamen hoc ſic eſt intelligendum , quòd ſtatim eis debeat dari euchariſtia, quia propter reuerentiã ſacramenti , & vt probetur eorum conuerſio nõ eſt ficta, non debet eis dari vſque poſt peractam primam , & præſertim raptoribus eccleſiæ , niſi aliqs articulus neceſsitatis,vel pietatis aliter fieri ſuaderet.dicunt tamẽ aliqui,quòd illud decretum pro dilectione loquitur de hiſtrione vago, cuius ars eſt mortalis . ſed vbi ars hiſtrionum ſine mortali exercetur,nõ videtur,quòd communio eis debet negari.vnde ſanctus Thomas ſecũda ſecundæ quæſt. 168.art.3.in ſolutione eiuſdẽ dicit:Tale officium hiſtrionum,quod ordinatur ad ſolatium hominibus exhibendum,non eſſe illicitum ſecundum ſe,dummodo non vtãtur ali-

quibus verbis, vel factis illicitis, & non adhibeāt ludum negotiis, & temporibus indebitis. Vnde & illi, qui moderate eis subueniunt, non peccāt, sed iuste agunt mercedem eis tribuendo. qui vero superflue sua in talibus consumunt, vel largiuntur illis qui illicitis ludis vtuntur, peccant, quasi eos in peccatis fouentes. Omnibus tamen prædictis in morte positis verè pœnitentibus, & confessis, non est eucharistia deneganda.

Secundo dubitatur de mulieribus publicis: Respondetur, quòd Petrus de Palude dicit, quòd post pœnitentiam priuatam possunt admitti ad eucharistiam secreto, non autem in publico, nisi per publicam pœnitentiam, vel nisi sacerdos publicauerit, quòd sint verè pœnitentes propter scandalum aliorum: nam manifesta delicta non sunt occulte corrigenda, sed scandalizata de culpa debent ædificari de pœnitentia.

Tertio dubitatur de vsurario. Respondetur si publicus est, non debet ei dari, nisi cautione præstita, non deinceps fœnerandi, id est pro posse satisfaciendi. si vero est occultus, & petat in publico, nō debet ei denegari, ne fiat ꝓditio peccati.

Quarto dubitatur, an iudicatus ad mortem, puta ad suspendium, vel ad decollationem, debeat dari hoc sacramentum. Respondetur, si pure confitentur, & desiderant, debet eis dari. & secundum Hostiensem, Non est talibus deneganda sepultura, si permittunt iudices.

Quinto dubitatur, vtrum hoc sacramentum debeat

debeat dari agentibus publicam pœnitentiam? Respondetur secundum Petrum Aureoli, quòd non, ante peractã pœnitentiam sub modo potabili quo ad species panis, vel sub modo comestionis sub specie vini, quamuis vtraque suo modo concomitatur sub vtraque specie, bibatur, & comedatur. Et si vtique quis proprie vellet hoc intelligere, tunc nec in calice, & sub speciebus vini sanguis, ita proprie biberetur: quia non est ibi extra venas corporis, sed in ipsis inclusus. Et si esset extra venas, quod dicere esset falsum, & hæreticum, tunc proprie non diceretur sanguis, sed potius cruor. Item arguitur auctoritatibus Guilielmi de monte Lauduno in suo sacramentali tractatu de corpore Christi, qui incipit. Cum in arte. vbi primo sic dicit. In hoc sacramento Christus fuit sacerdos, in eo, quòd confecit. Item sacrificium eo, quòd corpus suum sacrificauit. Item minister in eo, quòd illud apostolis ministrauit. Apostoli vero primo fuerunt laici in laicali persona communionem recipiendo. Item Christus fuit ibi episcopus in eo quòd apostolos ordinauit in sacerdotes, cum dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Secunda auctoritas eiusdem in eodem, vbi sic dicit, Recipiẽdo corpus, totam veritatem recipit, non totum sacramentum. Ideo in multis locis cõicatur cum pane, & vino, idest cum toto sacramento. Respondetur ad primam, quòd illa auctoritas nõ est ad propositũ. quãuis enim Christus

duodecim apoſtolis ſecundum aduerſariorũ intentionem, adhuc non ſacerdotibus miniſtrauit ſub vtraq; ſpecie: non tamen præcepit omnibus ſic fore miniſtrandum. quod patet per ſimile: quia apoſtolis ibidem dedit Chriſtus auctoritatem conficiendi ſacramentum euchariſtiæ, videlicet ex fine illius auctoritatis, & tamen illam in hoc non dedit omnibus non ſacerdotibus, vt de ſe eſt manifeſtum, nec aliquam mentionem facit de neceſsitate ſumptionis illius ſacramenti ſub duplici ſpecie. Sed quod vlterius dicit, apoſtolos in perſona laicali cõmunicatos per Chriſtum in vltima cœna, neſcio ſi hoc eſt verum, quia doctores noſtri contrarium tenent, vt patebit infra parte quinta, corollario ſeptimo. Ad ſecundam dicitur, quòd prima eius pars eſt pro nobis. ſi enim recipiendo corpus, totam veritatem recipiunt, tunc etiam totam efficaciam recipit. & hoc ſufficit laico. Sacerdos vero ſignificans debet ſumere totum ſacramentum, ideſt totum exterius ſignum propter perfectionem ſignificationis, quæ pertinet ad eum, vt ſuperius dictum eſt. Ad ſecundam partem, quæ dicit, Ideo in multis locis &c. dico, quòd hoc vno modo eſt verũ de Græcis. Secundo dico, ad Latinos, hoc eſt verum quo ad miniſtros altaris in aliquibus eccleſiis. Quidam tamen doctor notabilis, dicit ſe Conſtantiæ a pluribus de longinquis regionibus quæſiuiſſe de hoc. qui omnes, vt ipſe dicit, affirmabãt, vt fieret apud eos, vt apud nos, ſolis

demptis

dẽptis Ciſterciẽſibus,apud quos miniſtri altaris, ſcilicet diaconus, & ſubdiaconus,reliquias calicis ſumunt. Tertio dico, quòd ipſe Guilielmus innuit per hoc,quòd tempore ſuo communicabãt populi in multis locis ſub ſola ſpecie panis, & illum modum non redarguit, imo approbat, & ponit eum. Dicit enim immediate ante auctoritatem allegatam. Sexto quæro,quare non communicatur cum ſanguine, dic quòd propter periculum effuſionis,& tunc ſequitur auctoritas illa ſecunda. & quia recipiendo corpus &c. ex quo patet, quòd non reputauit illum modum illicitum,nec alium eſſe ad ſalutem neceſſariũ. Quarto dato,quòd fuiſſet de intentione ſua populum ſic eſſe communicandum, tunc dico,quòd verba ipſius ritum eccleſiæ non immutant, quia verba doctoris ius non faciunt, nec probari poteſt quicquam per dicta eorum,quando ſunt contra eccleſiam,vt patuit ſupra in prima ſolutione generali.etiam idem Guilielmus per ſe in prologo eiuſdem ſacramentalis proteſtatur ſe nolle quicquàm ponere,quòd ſit contra eccleſiam Romanam, intra cuius viſcera ſe dicit nutritum. & ſi aliquid horum fecerit, habet pro non dicto. Et addit,licet propter imbecillitatem ingenii errare valeam,hæreticus tamen nunquàm ero.q.d.Et ſi in dicendis errare me contingeret,nunquàm tamen pertinaciter his volo adhærere: ſed ſemper determinationi eccleſiæ me ſummittere. vnde glo.& eſt beati Auguſtini ſuper illo ad Cor.10.

Tentatio vos non apprehendat nisi humana. dicit, humana tentatio est aliter sapere, quam res se habet, & cum bono animo. nimis autem amãdo sententiam suam, vel inuidendo melioribus vsquequo ad præcidendæ communionis, & condendi scismatis, vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. si non est in vobis perfectio angelica, ideo sit præsumptio diaboli. hæc ibi. vellem, quòd hæc perpenderent aduersarii, qui dicunt se esse fideles regni Boemiæ, & illum doctorem, quem pro suo errore sic allegant, etiam in sua professione imitarentur, vt sit cum eo. &, si habuissent tentationem humanam, saltem non incurrerent diabolicam præsumptionem. Item arguitur auctoritatibus Lyræ, & primo auctoritate eiusdem super illo prouerbiorum. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. vbi dicitur, Bibite vinum quod miscui vobis, idest sanguinem meum sub specie vini, in quo admiscetur aqua. in vtraque enim specie communicabant antiquitus fideles. Secunda auctoritas eiusdem habetur super illo. 1. ad Cor. 11. Probet autem se ipsum homo. vbi sic dicit, Probet seipsum homo propriam conscientiam diligenter examinando, & emundando, & sic de pane illo edat, & tunc potest fructuose hoc sacramentum sumere. fit autem mentio hic de duplici specie. Nam in primitiua ecclesia sic dabatur, quia

quia vtrunque est de perfectione sacramenti, sci licet forma panis,& forma vini. Cum quia per vtrunque exprimitur simul perfecta passio Christi, Cum quia per vtrunque significat perfectam perfectionem. vbi aduertendum,quòd aduersarii allegant pro se illum textum Prouerb. 9. volentes ex eo arguere, quòd fidelibus sanguis sub speciebus vini debet ministrari, & consequenter expositionem Lyræ super verba eadem,vt iam dictum est. sed ex illo textu hoc non habetur quo ad laicos, quia ibi loquitur Sapiens ad intellectum spiritualem, & mysticum. Sed in sensu literali fuit figura sacrificii, in quo sacerdos comedit panem, idest corpus Christi sub speciebus panis, & bibit vinum mixtum cum aqua, idest sanguinem sub speciebus vini mixti. & tunc ad primam auctoritatem Lyræ dicitur, quòd sicut patet ex verbis suis, tunc mos communicandi laicos sub sola specie panis fuit in vsu tempore suo, quia dicit, in vtraque specie antiquitus communicabant fideles: & non dicit,quòd iam sic communicarent, nec modum istum reprobat,nec reprehendit. quod vtique fecisset si fuisset illicitus, & modus vtriusq; speciei de necessi tate salutis:immo super illo Ioan.6.Nisi manducaueritis &c.sicut & prius in secunda parte est allegatum,dicit,nō est per hoc intelligendū, quòd hoc sacramentum sub vtraque specie sit fidelibus ministrandum, sed tantū hoc modo a sacerdote est sumendum. licet enim in primitiua ec-

clesia populus sub vtraque specie communicaret:tamen postea prouide ordinatum est,vt non communicent sub specie vini propter periculũ effusionis. Ad secundam dicitur,quòd illa idem vult,quòd in præcedenti. Et cum vlterius dicit, quòd tam forma panis, quàm vini est de perfectione sacramenti: non intelligit de perfectione quo ad efficaciam, sed quo ad significationem,vt expresse dicunt verba sequentia.& ista significatio pertinet ad sacerdotes conficientes,vt prius sæpius dictum est. Item arguitur auctoritate Gelasii Papæ,qui pater sanctus, vt habetur in Canone de consec. dist.2. Comperimus. vbi sic dicit.Comperimus autem &c. Quòd quidã sumpta tãtummodo corporis sacramenti portione, a calice sacramenti cruoris abstineant, qui procul dubiò, quoniam nescio, qua superstitione docemur astricti, aut integra sacramenta percipiãt,aut ab integris arceantur,quia diuisio vnius eiusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest prouenire.hæc scribit Gelasius Papa Maiorato, & Ioanni Episcopis, secundum Gratianum. ex qua auctoritate aduersarii in quodam tractatu suo de communicatione sub vtraq; specie,cuius initium est,Pius Iesus diligens suos fideles caritate perpetua:inferunt quædam corollaria sub his verbis.Ex cuius Papæ decreto patet primo,quòd integrum,ac perfectum sacramentum est totum simul secundum duplicem formam,scilicet panis,& vini a Christo institutum.

est

eſt,& illud totum ſic decretum, vocat myſterii, forma autem ſola ſacramentalis panis eſt pars in completa myſterii,vel ſacramenti. Secundo dicit Papa, quòd diuiſio vniuſcuiuſq; myſterii, id eſt ſacramenti, ſine grandi ſacrilegio eſſe nō poteſt.patet tertio ex præmiſsis, quod non ſufficit ſumere ſub vna ſpecie ſacramentaliter, licet ſub vtraque ſpecie integer eſt Chriſtus.quia qui hoc fecit,cæteris paribus, puta quòd ſumit ſub vna ſpecie tantum, & non curat ſumere ſub ſecunda corporis, & ſanguinis, crimen ſacrilegii incurrit.Idem eſt magnum crimē. Idem eſt iudicium de illo, qui aliquando miniſtrat ſub vna ſpecie corpus, & ſanguinem Chriſti, & non ſub alia: committit enim crimen ſacrilegii, quia non miniſtrat integrum ſacramentum. hæc omnia ponunt quaſi vera. quorum tamen cōtraria quo ad aliqua ſaltem patebunt in dicendis, & apparet aliqualiter mirabile, quòd ipſi iam aduerſarii in hac materia recurrunt ad Decreta Romanorum Pontificum, allegantes capitula, & decreta eorum, cum tamen recolo me ab ipſis audiuiſſe, quid decretum humana traditio,quid decretales epiſtolæ verius cocpertoria Papæ. Nonne ante aliquot annos bullas Papæ combuſſerunt in Pragen.ciuitate?nunquid non hodie in multis aduerſantur conſtitutionibus eccleſiæ,ſi quid eſt, vel eſſe videtur pro eis in ſacro Canone allegant,& recipiunt?Si quid autem ibi contra ipſos fuerit, abiciunt,reſpuunt, & cōtemnunt. Nunquid la-

tes

tet eos doctrina Ioannis Vuicleff damnata doctoris verius seductoris eorum, & per antiphrasim doctoris euãgelici, de quo seductore scribit vniuersitas Vxonien. in quadam epistola, in hæc verba. hic vtique non veritatis doctor, sed falsitatis, & mendaciorum fabricator, & hæreticæ prauitatis exquisitus auctor, patenter, & potenter fuit sine pari. Numquid non sciunt ipsum dixisse, & in scriptis reliquisse hanc erroneam, scandalosam, & hæreticam assertionem, Decretales epistolæ sunt Apocriphæ, idest a fide Christi seductiuæ, & clerici studentes eis stulti sunt? Nunquid non peruersius habens in hoc, & in aliis articulis tãquam filius ipsius perditionis sibi adhæsit, cum inter cætera peruersa dogmata scripsit, condemnatio quatuor articulorum Vuicleff per doctores facta est irrationabilis, in qua ficta, & malefacta, inter quos ille articulus de epistolis decretalibus ponitur, & in ordine est tricesimus octauus? Quomodo ergo per decreta nituntur probare suas phantasias, quibus tamen non credunt, eo quod ab erroribus, & hæresibus ab ecclesia damnatis non recedunt? Allegant itaque decretum. vtinam ecclesiasticum tenerent decretum. Et allegant Papam Gelasium, quem appellant patrem sanctum, cuius tamen nolunt esse filii obedientes, eo quòd damnant ipsum, & omnes post Syluestrum apostolicos, quos more Vuicleff appellant clericos Cæsareos. allegant Canonem, Comperimus, & præcedentem immediate

mediate, ſcilicet Canonem, Relatum, omittunt, vt puto, callide, qui manifeſte de ſacerdotibus loquitur, ſicut & ſequens per omnes communiter exponitur. Dicit enim Canon, Relatum, tantum ex effectu, quidam presbyteri plures miſſas in die vno celebrabant, & in qualibet corpus, & ſanguinem Chriſti conſecrabant. Sed tantum in vltima illud ſumebant. hanc peruerſam conſuetudinem Concilium redarguit, ſtatuens, quòd presbyter totiens ſumat corpus Chriſti, & eius ſanguinem, quotiens illud conficit. & qui contrarium fecerit, per vnum annum remoueri debet a communione. Et poſt illum Canonem, ſtatim Gratianus ponit cap. Cōperimus. de quo iam eſt ſermo, quod debet ſimiliter ſicut præcedens de ſacerdotibus intelligi. vnde Gelaſius ſcribit hæc ſacerdotibus, & Epiſcopis, & per hoc volēs innuere ipſum de ſacerdotib. intelligi debere. & illud vult gloſator ſuper verbo, Aut integra percipiant, ſic dicens, quòd de conficientibus debet intelligi, qui hoc myſteriū habent conficere, ſumere, & aliis miniſtrare. Et ꝑ hoc, quòd in fine illius Cano. dicitur, diuiſio vnius eiuſdēq; myſterii &c. manifeſte patet, quòd loquitur de ſacerdotib. & de celebratione, in qua hoc myſteriū perficitur. Et quòd de ſacerdotib. debet ītelligi, dicūt doctores Concilii Conſtantien. in ſuis cōcluſionibus a Concilio approbatis, allegantes ad hoc Alexand. de Halis gloſ. in decretis, & S. Thomā, qui in 3. part. ſuæ Sūm. dicit, quòd ꝑfectio huius ſacra-

ſacramenti non eſt in vſu fidelium, ſed in conſe cratione materiæ,& in exiſtētia corporis,& ſanguinis Chriſti ſub vtraq; ſpecie.& ideo nihil derogat perfectioni,& totalitati huius ſacramenti, ſi populus ſumat ſub ſpecie panis tantū,dummodo ſacerdos conſecrans ſumat ſub vtraq; ſpecie. Sacerdos igitur conficiens,& celebrans,ſicut tenetur totum conficere, ſic etiam tenetur totum conſumere. Qui autem aliter faceret, ſacrilegii crimen incurreret, & grauiter erraret. Tunc ad corollaria. Ad primum dicitur ex dictis Bonæuenturæ, quòd ſacramentum vno modo dicitur integrum,& perfectum,qūo ad efficaciam, & illo modo ſub vna ſpecie eſt integrum ſacramentum. Alio modo quo ad ſignificationem, & ſic ad ſacramenti integritatem vtraq; ſpecies requiritur.& illo modo Chriſtus inſtituit pro ſacrificantibus,qui ſub vtraque ſpecie conficere,& ſumere debent, vt prius dictum eſt. & quando dicitur vlterius in corollario, forma autem ſola panis ſacramentalis eſt pars incompleta myſterii, vel ſacramenti:dicitur,quòd hoc eſt verum,quo ad ſignificationem, ſed non quo ad efficaciam, quia rationabilis efficacia æque perfecta eſt ſub vna ſpecie,ſicut ſub altera. Secundum corollarium,& tertium vera ſunt,quo ad ſacerdotes, vt glo.patet ex cap.relatum.& etiam ex cap. Comperimus. & glo. eorundem. Qui enim in ſacrificio ſub vna ſpecie,& non ſub altera,hoc ſacramentum ſumeret,grauiter peccaret,& crimen ſacrilegii

crilegii committeret: quando tamen extra ſacrificium faciens nõ committit,& quando dicitur, Idem eſt iudiciũ de illo &c. Dico,quòd hoc non eſt verum, nec ſic faciens ſacrilegium committit:quia hoc facit,quod facit eccleſia. & quando dicitur eo,quod miniſtratur ſacramẽtũ integrũ, quo ad efficaciam,& hoc ſufficit pro laicis,quãuis non miniſtrat integrum,quo ad ſignificationem,nec hoc eſt neceſsitatis, vt patet ex ſæpius dictis. item arguitur auctoritate Concilii Carthaginen. & habetur in Canone 26. q.6. is qui. Vbi ſic dicit,Concilium is qui in infirmitate pœnitentiam petit,ſi caſu dum ad eum inuitatus ſacerdos venit oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in freneſim conuerſus fuerit, dent teſtimonium: qui cum audierit,& accipiat pœnitentiã, & ſi continuo creditur moriturus,reconcilietur per manus impoſitionem,& infundatur ori eius euchariſtia.hæc Concilium.Reſpondetur,quòd glo.ſuper verbo ori infundatur,dicit.Sed qualiter recipiat euchariſtiam, qui ita infirmatur? Si enim tincta impono datur ei,hoc prohibetur de conſec.diſt.2.Cum omne. nec alio modo videtur danda,quia punitur infirmus,qui euomit euchariſtiam,vt dicitur de conſec.diſtin.2. Si quis per ebrietatem.hæc glo.q.d. Ille Canon eſt abrogatus per ſtatuta alia Romanorum Pontificum. Vel dicitur,quòd glo.per illam particulam, nec alio modo videtur danda,quàm ſicut dat, & obſeruat eccleſia.Tertio dicitur,quòd debet intelligi

ligi illa particula ori eius infundatur, ideſt immittatur non ſub ſpecie vini, quia non hoc dicit Canon, ſed ſub ſpecie panis. Sæpius enim ſacramentum ſub ſola ſpecie panis eucharistia nũcupatur, vt patet in communi modo loquendi, quo dicimus ille, vel infirmus ſacerdos hodie recepit eucharistiam, ideſt corpus Christi ſub ſpecie panis. & per hoc patet, quòd Concilium non mandat euchariſtiã laicis ſub duplici ſpecie miniſtrari. Quarto poteſt dici, quòd ille Canon intelligi debet de conſuetudine, & more eccleſiæ primitiuæ: nunc autem eccleſia aliter facit propter cauſas prius in tertia parte poſitas. Item arguitur auctoritate Gregorii Papæ, cuius auctoritas ponitur in Canone. 1. q. 1. Multi. vbi ſic dicit, Multi ſæcularium hominum, cum plus ſacerdotum vitam quam ſuam diſcutiunt, in magnũ contemptionis diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. & infra: Vnde fit, vt non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed, quod eſt deterius, diuina etiã myſteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut ſanguinẽ domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confecta aſſumant, putantes hanc communionem minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. & infra. ſunt autem illa ſacramẽta baptiſmus, chriſma, corpus Chriſti, & ſanguis, quæ ob illud ſacramẽta domino, qa ſub tegumẽto corporalium rerum diuina virtus ſecretius ſalutem eorũdem ſacramentorum operatur.

ratur. Vnde a ſecretis virtutibus, vel ſacris ſacramenta dicuntur. quæ ideo fructuoſe penes eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manẽs ſpiritus, eundem ſacramẽtorum latenter operatur effectum. cuius panis, & calicis ſacramẽtum Græce euchariſtia dicitur, Latine bona gratia interpretatur. & quid melius corpore, & ſanguine Chriſti? Siue ergo per bonos, ſiue per malos miniſtros intra eccleſiam diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt. & infra. Polluimus itaq; panẽ, ideſt corpus Chriſti, quando indigne accedimus ad altare, & ſordidi, mundũ ſanguinẽ bibimus. hæc ille. Reſpõdetur, quòd auctoritas non eſt ad propoſitum. vnde in hoc cap. Gregorius Papa loquitur de malis ſacerdotibus ſacramenta miniſtrantibus, tollerandis. Malitia enim miniſtri non vitiat, nec polluit ſacramenta eccleſiaſtica. & in prima parte ſecundum glo. reprehẽduntur quidam laici, qui vitam ſacerdotum reprehendendo diuina ſacramenta ab eis collata contemnebant, gerẽtes trabem in oculis ſuis, & feſtucam volentes euellere de oculis aliorum. In ſecunda parte vult, quòd ſacerdos quantumcunq; ſit malus ſacramenta eius vera ſunt, nec magis ſanctificatur a bono, quàm malo ſacerdote, eo quòd efficaciam habet a poteſtate diuina, quæ pollui non poteſt, & non ab humana. Ex quibus patet, quòd hæc auctoritas non eſt ad propoſitum. qui enim iam cõtemnit communicare ſub ſpecie ſola, etiam contemnit communicare a corpore, & ſanguine, eo quòd vtrũq; illorum

illorum eſt ſub ſpecie panis, & vtrunque ſub ſpecie panis polluitur, vt ex fine auctoritatis. Vbi dicit, Polluimus itaq; panem, ideſt corpus Christi, quando indigne accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. vbi ſolum de vna ſpecie, ſcilicet panis facit mentionem. Sed mouet Archidiaconus dubium, ex quo ſacramēta per malos miniſtrata, ita bene ſunt ſacramenta, ſicut miniſtrata per bonos, quomodo dicuntur pollui per malos. & reſpondet, quòd pluribus modis ſacramentum dicitur pollui. Primo modo, quantum in ipſis offerentibus, vel ſuſcipientibus. Secundo modo, quia mali, & polluti tractant, conficiunt, & miniſtrant ipſum. Tertio modo per effectum, quia efficiunt ipſum miniſtrum, vel ſuſcipientem malum non ex ſe, ſed occaſionaliter, quia abuſio, & temeritas, qua quis temere, & indigne accedit ad illa tractanda, vel ſuſcipienda, hoc facit. Quarto modo, quo ad effectum, & rem ſacramenti, quia effectum non habet in miniſtrante, vel ſuſcipiente. Item arguitur auctoritate Clementis quinti, & habetur clementina vnica de reliquiis, & veneratione ſanctorū. Si dominum. vbi ſic dicit Clemens Papa, Tranſiturus de mundo ad patrem ſaluator dominus noſter Ieſus Chriſtus, dum tempus ſuæ paſsionis inſtaret, ſumpta cœna in memoriam mortis ſuæ, inſtituit ſummum, & magnificum ſui corporis, & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in poculum tribuendo. Nā quotiens

hunc

hunc panem manducamus, & sanguinem bibimus, mortem domini annunciamus? Respondetur, quòd illa auctoritas, sicut ponitur, est vera. Qui enim sumit sacramẽtum sub specie panis, sumit corpus in cibum, & sanguinem in potum, licet non sub specie potabili, nec etiam facit aliquam mentionem ibi Papa de specie, nec quòd sumptio sub vtraque specie sit de salutis necessitate. Item arguitur auctoritatibus Vrbani quarti, & primo auctoritate eiusdem, quæ ponitur in legẽda ipso die corporis Christi, vbi sic dicit, Vnigenitus si quidem Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes naturam nostram assumpsit, vt homines Deos faceret, factus est homo, & hoc insuper quod de nostro sumpsit, totum nobis contulit ad salutem. corpus namque suum pro nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit Deo patri sanguinem suum, fudit in precium simul & lauacrum, vt redempti a miserabili seruitute, a peccatis omnibus mundaremur, & vt tanti beneficii iugis in nobis memoria remaneret, corpus suum in cibũ, & sanguinem suum in potum sub specie panis, & vini sumendum fidelibus dereliquit. Secundo, in legenda per octauam de corpore Christi sic dicit, Ego qui vitam æternam habere desidero, carnem eius veraciter comedo, & sanguinem eius veraciter bibo, illam carnem, quam traxit de Virgine, illum sanguinẽ, quem fudit in cruce. Et infra. Sicut enim vidua Sareptana quotidie comedebat, nunquàm dimi-

nuebat farinam de ydria, & oleum de lechito, sic vniuersalis ecclesia quotidie recipit, & nũquam cõsumit carnem, & sanguinem Iesu Christi, sub diuersa specie sacramenti. Tertio, in legenda dominicali infra octauam illam sic dicit, & quamuis separatim corpus, separatim sanguinem, non tamen bis, sed semel Christum accipere fatemur. Sed iste mos ita separatim accipiendi inoleuit, quia Christus in cœna discipulis separatim dedit, vt per hoc intelligerent se animæ, & corpori Christi debere cõfirmari. Ad primam mirabile videtur, quòd allegant iam illam legendam, quam tamen ante annos quatuordecim constantissime negabant, & præsertim in illa parte, quæ sequitur post pauca verba illius primæ auctoritatis, vbi dicit legenda. Accidentia etiã in eodem sine subiecto subsistunt, vt fides locum habeat: Si igitur in vna parte negant hanc legendam, videtur, quòd per reliquam nihil possunt probare. Si autem fatentur nũc cum ecclesia accidentia in sacramento esse sine subiecto, tunc secure possunt hanc legendam allegare. Dico igitur, quòd hæc prima auctoritas, sicut ponitur, est vera, quia sacerdotes sumunt sacramentaliter sub duplici specie in officio missæ: populus autem assistens spiritualiter, & mysticè. vel dicitur, quòd per fideles intelliguntur sacerdotes, quo ad sumptionem sacramentalem. Tertio potest dici, si de omnibus debet intelligi, quòd restringi debet ad fideles ecclesiæ primitiuæ: illi enim sumebant sub

duplici

duplici ſpecie. Ad ſecundam, quòd in prima parte loquitur de ſeipſo, & eſt ſimpliciter uera. Sed ſecunda pars loquitur de ſacrificantibus, qui in perſona totius eccleſiæ aſſerendo conficiunt, & ſumunt. Ad tertiam dicitur, quòd loquitur de eccleſia primitiua, ubi iſte mos inoleuit, poſt tamē hoc rationabiliter eccleſia immutauit. Secūdo dicitur, quòd loquitur ſolum de ſacerdotibus ſacrificantibus, quo ad illos enim mos ſeparatim ſumendo hucuſque inoleuit, quia quo ad ſacrificātes eccleſia hucuſque continuauit. Tertio dicitur, quòd modus communicandi laicos ſub una ſpecie communis fuit tempore Vrbani quarti. Et quia ipſe fuit uniuerſalis paſtor eccleſiæ, & illum per conſtitutionem cōtrariam, uel alias in ſcriptis ſuis non immutauit, nec etiam in his auctoritatibus aliquam mentionem de neceſsitate illius cōmunicationis fecit. uidetur igitur, quòd ſic laicos cōicare non ſit contra ipſum. Item adducant antiqua miſſalia, in quibus per modū notæ, & rubricæ ſcribitur, quòd ſacerdos cōicando populum in miniſtratione corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpecie panis, debet ſic dicere: pceptio corporis dñi noſtri Ieſu Chriſti proſit aīæ tuæ, & corpori tuo in vitā æternā. pax tecū, & cū ſpiritu tuo. Deinde miniſtrās calicē, debet ſic dicere, Sāguis dñi noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in remiſsionē oīum peccatorū tuorū, & ad uitā æternā, amen. hæc ibi. Reſpondetur, uno modo, cōcedendo, quòd in eccleſia primitiua ſic ſit factum,

ecclesia tamen moderna ex causis rationabilibus post assignatis, hunc ritum communicandi quo ad laicos immutauit. Secundo dicitur, quòd ex illa nota non concluditur necessitas communionis laicalis, sub duplici specie sacramentali, quia nulli dicitur, quòd sic fieri debeat ex necessitate. Sed antiquissima rubrica de officiò diei parasceues sententiat, & ponit, quòd illo die corpus, & sanguis Christi non consecrantur, sed hostia a praecedenti die reseruata sumitur a sacerdote sub sola specie panis. Et si hoc sufficit Papae, & omnibus Episcopis, ac presbyteris ipso die parasceues officium tenentibus, quare etiam non sufficeret sub sola panis specie omnibus laicis communicare? ex praetactis auctoritatibus praesumptores praefati, & ecclesiae Romanae aduersarii, in quodã suo tractatu vbi sunt, vere omnes praedictas ponunt auctoritates, quoddam inferunt corollarium falsum, & erroneum, sub hac forma verborum. Ex praemissis sacrae scripturae sanctorumque doctorum auctoritatibus sacrorum Canonum, ac ecclesiae vniuersalis institutis, ac decretis, patet luce clarius, quòd communio venerabilis sacramenti corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi sub vtraque specie panis, & vini cunctis Christi fidelibus ministranda est. verum & lex veritas, & institutio, ac euangelium domini nostri Iesu Christi praxis apostolorum, & ecclesiae primitiuae, quae per nullam ecclesiae Romanae consuetudinem quantumcunque vetu

stam

ſtam, vel cuiuſcunq; Romani Pontificis, ſeu Cõcilii, & Synodi conſtitutionem, ſententiam, vel decretum poteſt infringi, tolli, vel quouis modo caſſari, aut annullari, vt cõſtat ex fide catholica, & ex auctoritatibus infraſcriptis. hæc ibi. Vbi aduertendum, quòd illud corollarium aduerſariorum tria continet. Primum, quòd communicatio laica venerabilis ſacramẽti ſub duplici ſpecie, ſcilicet panis, & vini, ſit de neceſsitate ſalutis veritas euangelica, lex diuina indiſpenſabilis, & præceptum Chriſti. Sed illud eſt falſum, & erroneum, videlicet ex antedictis, & poſterius patebit clarius in corollariis. Secundum quod continet illud corollarium eſt. Nihil quod eſt de veritate ſacræ ſcripturæ de lege diuina indiſpenſabili, & de præcepto Chriſti, poteſt tolli per eccleſiæ conſuetudinem aut per ſtatuta Papæ, vel cuiuſcunq; Concilii partialis, vel generalis. Quod quidem verum eſt, ſicut ſufficienter probant auctoritates, quas ipſi allegant poſt corollariũ præſcriptum, quæ omnes ad illum ſenſum conceduntur. Tertium ritum communicandi ſub vtraque ſpecie non potuit, nec poteſt, nec poterit, quo ad laicos tollere, aut annullare, ſeu caſſare conſtitutio ſummi Pontificis, aut decretum Concilii generalis, vel conſuetudo eccleſiæ vniuerſalis. Et quanquam dictum hoc tertium ſit omnino falſum, & erroneum: ipſi tamen nituntur illud probare multis auctoritatibus ſacræ ſcripturæ ſacrorum Canonum, atq; ſanctorum doctorum, quæ

omnes in præallegato tractatu post prædictum corollarium ponuntur hoc ordine,& sub illa forma. Vnde Isaiæ 40. cap. dicitur uox domini dicẽtis, Clama,& dixi, quid clamabo? Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnum,& cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eo. uere fœnum est populus. exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, uerbum autem domini stabit in æternũ.& Ecclesiast. 4. cap. dicitur, Non cõtradicas uerbo ueritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.& psal. 118. dicitur. In æternũ domine uerbũ tuum permanet in cœlo. Et iterũ, Pax multa diligentibus legem tuã, & non illis est scandalũ. Et Matth. 5. cap. Amen quippe dico uobis, donec transeat cœlum,& terra, iota unũ, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiãt. Et Luc. 16. Facilius est cœlum,& terrã præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Et 3o. Hesdræ. 3. dicitur, Omnis terra ueritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit.& omnia opera mouẽtur & tremunt eam,& non est cum ea, quicquam iniquum, uinum iniquũ, iniquus rex, iniquæ mulieres,& iniqui omnes filii hominum,& iniqua omnium illorum opera,& non est in ipsis ueritas,& in sua iniquitate peribunt. Veritas autem manet, & inualescit in æternũ,& uiuit,& obtinet in sæcula sæculorũ. nec est apud eam accipere personas, neque differentias: Sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis, ac malis, & omnes benignantur

túr in operibus eius, & non eſt in iudicio eius iniquum, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & maieſtas omnium æuorum. & Vrbanus Papa dicit, Sunt quidam dicentes Romano Pontifici: Semper licuiſſe cōdere nouas leges. quod & nos non ſolum negamus, ſed etiam contrarium ualde affirmamus, Sciendum uero ſummopere eſt, quia nouas leges inde poteſt condere, unde euangeliſtæ aliquid nequaquam dixerunt: ubi uero aperte dominus, uel eius apoſtoli eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt, uſq; ad animā, & ſanguinem cōfirmare debet. Si enim quod docuerūt apoſtoli, & prophetæ deſtruere, quod abſit, niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare cōuinceretur, & ponitur. 25. q. 1. Sūt quidā. Et Symmachus in ſexta ſynodo dicit: Non licet Imperatori, uel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mandata præſumere, nec quicquam, quod euāgelicis, propheticis, aut apoſtolicis regulis obuiat agere. & ponitur diſt. 10. non licet. & Auguſtinus 3. Confeſsionum dicit, Quæ contra mores hominum ſunt flagitia pro morum diuerſitate ſunt uitāda ut pactum inter ſe gentis, aut ciuitatis conſuetudine, aut lege firmatum, nulla ciuis, aut perregni libidine violetúr: turpis eſt enim omnis pars uniuerſo ſuo nō congruens. Cum autem Deus cōtra morem, aut pactum quorūlibet iubet, & ſi nunqum ibi fāctū

eft, tamen mox faciendum eft:& fi omiffum eft, inftaurandum eft: & fi ftatutum non erat, ftatuendum eft. & infra. Generale quippe pactum eft focietatis humanæ obtēperare regibus fuis, quanto magis Deo regnatori vniuerfæ creaturæ ad ea, quæ iufsit, fine dubitatione feruiēdum eft? Sicut enim in poteftatibus focietatis humanæ maior poteftas minori ad obediendum præponitur: ita Deus omnibus. hæc ille. & habetur 8. dif. Quæ contra mores. & idem Auguftinus in libro de baptifmo paruulorum, dicit: Qui contempta veritate præfumit confuetudinem fequi, aut circa fratres inuidus eft, & maleuolus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus eft, infpiratione cuius ecclefia eius inftruitur. Nam dominus in euangelio, Ego fum, inquit, veritas, nō dixit confuetudo. itaque veritate manifefta cedat confuetudo veritati. Reuelatione ergo facta cedat confuetudo veritati, quia & Petrus qui circuncidebat, cefsit Paulo veritatem prædicanti. igitur cum Chriftus veritas fit, magis veritatem, quàm confuetudinem fequi debemus: quia confuetudinē ratio, & veritas femper excludit. hæc ille. & ponitur 8. diftin. Qui contempta. Et idem Auguftinus libr. 4. de baptifmo, Et fruftra, inquit, qui ratione vincuntur, confuetudinem nobis obiiciunt, quafi confuetudo maior fit veritate, aut non fit fequenda in fpiritualibus. quod melius a fpiritu fancto reuelatum, hoc plane verum eft, quia ratio, & veritas fuffragatur, nihil opor-

oportet firmius retinere. hæc ille . & ponitur.8. diſt.Fruſtra.& Gregorius 8.dicit, Si conſuetudinem fortaſsis opponas,aduertendum eſt , quod dominus dicit,Ego ſum veritas,& vita, non dixit,Ego ſum conſuetudo:ſed veritas. & recte,vt beati Cypriani ſententia vtamur, quælibet conſuetudo quantum vis vetuſta,quantum vis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda , & vſus qui veritati eſt contrarius,eſt abolendus . & ponitur 8.diſt. Si conſuetudine . & Iſidorus dicit , Si is , qui præeſt fecerit, aut cuiquam quod a domino prohibitum eſt facere iuſsit, vel quod præceptũ eſt prætericrit,aut præterire mandauerit, ſancti Apoſtoli ſententia ingerenda eſt ei , dicent is, Etiam,ſi nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquàm , quòd vobis euangelizamus,anathema ſit.& habetur 11.q.3. Si is qui. & idẽ Iſidorus dicit,Si quis prohibeat vobis,quod a domino præceptum eſt,vel rurſum imperat fieri, quod dominus fieri prohibeat , execrabilis ſit omnibus,qui diligit Deum . & infra,Is qui præeſt ſi præter voluntatem Dei,vel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid,vel imperat,tanquam falſus teſtis Dei,& ſacrilegus habeatur.& ponitur.11. q.3. Si quis . & Gregorius .9. dicit , Cum tanto ſint grauiora peccata,quanto diutius infelicem animam detinent alligatam: nemo ſanæ mentis dubitat naturali iuri,& diuino , cuius tranſgreſsio periculum ſalutis inducit quacunque conſuetudine, quæ di

cenda

cenda est in hac parte varius corruptela posse aliquatenus derogari: licet enim longæuæ consuetudinis non sit leuis auctoritas, non tamē est vsque adeo valitura, vt vel iuri pōtificio debeat præiudicium generare. Et habetur extra. consuetudine. cap. vltimo. Et beatus Augustinus lib. 2. de vnito baptismo dicit: Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam noui testamenti, certis terminis suis contineri, eamq; posteris omnibus Episcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & discrepari non posit, vtrum verum vel rectum sit quicquā in ea scriptum constiterit esse. Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonē, vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonē forte sapientiorem cuiuslibet in ea reperieris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem doctioremq; prudentiam, etiam per Concilia licere comprehendi. Si quid in eis forte a veritate deuiatum est. Et habetur, 9. distinctio. Quis nesciat. Et idem Augustinus in prologo tertii libri de Trinitate dicit: Noli meis literis. q. Canonicis scripturis inseruire. Nam in illis literis & noui Testamenti libris, quæ non credebas, cum inueneris incunctanter crede. In istis autem quod certum habebas nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. Et ponitur. 9. distinctio. Noli meis. Et beatus Ciprianus dicit, Cōsuetudo, quæ apud quosdā irrepserat impedire nō debet quominus veritas præualeat & vincat. Nā consuetudo sine

veritate

veritate vetustas erroris est, ꝓpter qđ relicto errore sequamur veritatē. Et infra ignosci potest simplr erranti, sicut de seipso dicit beatus Paulus: Qui primus fuit blasphematus persecutor, & iniuriosus, sed misericordiā merui, quia ignorans feci: post inspirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat prudens & sciens, iam non in uenia ignorantiæ peccat: præsumptione enim & obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. Et infra. Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit. Sed quid qui ante nos omnes est Christus fecit, neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem cum per Isaiam prophetam loquatur Deus, & dicat, Sine causa colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes, & sequentes. Et ponitur. 8. distinctione, Consuetudo. & Nicolaus Papa dicit, Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est, quæ nisi citius radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impiis assumitur, & incipiūt præuaricationes, & variæ præsumptiones celerrime non compressæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari. Et ponitur 8. distinctio. Malac. Et Innocentius in generali dicit, Quoniam omne quod non est ex fide peccatum est, sinodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quam ciuilis, cum

eum generaliter sit omni constitutioni, atque cõstitutioni derogatum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari. Et habetur extra de præscriptionibus. Quoniam & Gratianus dicit, Cõstitutiones, & consuetudines quæcunque, vel ecclesiasticæ, vel sæculares si diuino iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ. Et ponitur paragrapho vltimo 9. dist. pro solutione illarum auctoritatum, eo quòd plures ex eis mentionem faciunt de consuetudine, est notandum, quòd secundum Isidorum in libro de summo bono, Cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Est autem duplex consuetudo, quædam quæ diuinis legibus contrariatur, & eis præiudicat, & illa potius corruptela, quàm consuetudo est dicenda, cum ipsa nullius sit valoris, & vigoris, vt dicitur extra de consuetudine. Ad nostram. Consuetudo, quæ Canonicis obuiat institutis, nullius est roboris, & momenti, talis simpliciter est exterminanda. Alia est consuetudo bona, & laudabilis, quæ diuinis legibus in nullo contrariatur, sed eas declarat, & interpretatur. de qua dicitur extra de consuetudine, Cum dilectus. Cõsuetudo est optima legum interprès: illa enim originatur ab Epicheia, quæ secundum Philosophum 5. Ethicorum, est virtus directiua iusti legalis: ipsa enim dirigit, & interpretatur leges, & iura in particularibus casibus. Nam iustitia legalis mandat depositum esse reddendum

dendum. Sed consuetudo quam docet epicheia, mandat furioso offendiculum depositũ non esse reddendum. Ita suo modo mater sancta ecclesia, quæ epicheiæ practicæ, nec aliis virtutibus expers credenda est, ad diuinæ voluntatis, & legis interpretationem, diuersas pro tempore, & loco nouit introducere consuetudines, quæ nec diuino præcepto, nec humanæ præiudicant saluti, dicenti Canone, Scit sancta, ex verbis Nicolai Papæ. 12. dis. Scit sancta Romana ecclesia, quòd nil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco, & tẽpore consuetudines, si illis canonica non obstat auctoritas. Quibus præmissis, dicitur, quam grata, & acceptabilis fuit domino Deo, consuetudo ecclesiæ primitiuæ, in sacramentorum dispensatione: tam grata, & acceptabilis est domino Deo in eorundem sacramentorum dispensatione cõsuetudo ecclesiæ modernæ. patet, quia vtraque ecclesia est vna, & eadem a spiritu sancto recta, eiusdem instinctu dispensans ecclesiastica sacramenta, vt clare deducitur ex corollariis in fine primæ partis positis, & ex probatione quarti mẽbri secundæ partis principalis. ex qua sequitur, quòd illa consequentia non valet, Prælati primitiuæ ecclesiæ, vt communiter fuerunt scientiores, & doctiores Prælatis modernæ. ergo consuetudo eorum dispensandi sacramenta, fuit Deo gratior, & acceptabilior, quàm consuetudo Prælatorum ecclesiæ modernæ. patet, quia ambæ cõsuetudines sunt æquè gratæ, & acceptæ, eo quòd

ex di-

ex directione & instinctu spûsſancti originãtur. Tunc ad auctoritates pro veritate correlarii adductas pôt vno modo dici, quod oẽs nihil aliud intendũt, nisi quod contra veritatem sacræ scripturæ contra legem Diuinam, & contra Christi pceptum, nõ potest introduci aliqua cõsuetudo, nec poni aliqua cõstitutio per cuiuscũq; Papæ, vel Cõcilii statutũ, vel determinationem. & hoc est prout oẽs auctoritates manifeste declarant. nec aliqua consuetudo, vel ecclesiæ constitutio est contra illa, & præsertim communicatio laica vnius speciei, vt ex prioribus satis patet. & ergo oẽs illæ auctoritates superflue ad ppositum pbãdum adducuntur. potest etiam specialiter respõderi ad singulas auctoritates prædictas, & primo ad primã. s. Isaiæ, & ad tertiam. s. psalmistæ, quæ sonãt ad hoc, quod verbũ Domini stabit, & manet in æternũ. Illæ. n. ambæ simpliciter veræ sunt de verbo increato, secundũ Ioã. 1 o. In principio erat verbũ: sed de verbo creato p pphetas dicto, veræ sunt in pphetis pdestinationis. Tale. n. verbum in his pphetiis infallibiliter impletur. Sed in pphetiis cõicationis, non oportet ut patet de subuersione Niniuitarum, quæ prædixit Dominus comminatiue ex ore Ionæ pphetæ, quæ ad literam impleta non fuit, nec per prohibitionẽ communionis laicæ sub duplici specie aliquid fit contra Christi verbũ. Iohan. 6. Nisi mãducaueritis &c. Nec alibi vt prius dictum est sufficiẽter ad scđam auctoritatẽ ecclesia. 4. dr quod per communica-

cōicationem laicā vnius ſpeciei non contradicit euāgelicæ ueritati. Ad 4. ex pſal. 118. Pax multa diligētibus, &c. Dr, quòd cōicatio laica ſacramētalis duplicis ſpeciei, nō eſt de lege Chri, & ergo auctoritas non eſt contra dicta. Sed ad 5. & ad 6. ſ. Mat. 5. & Luc. 16. dr, quòd facilius eſt cœlū pterire, quā de lege cadere unum apicem. Scilicet ab effectu impletionis, q. diceret Chriſtus facilius eſt maxima mūdi elemēta cadere, & in nihil tranſire, quā minima legis pcepta. Modo cōmunicatio illa, de qua dicunt aduerſarii, non eſt de pcepto Chriſti. ergo &c. Sic ſuo modo illa Mat. 5. Amen. i. vere & fideliter dico uobis, donec cœlum & terra tranſeant. i. anteq̄ elementa mutantur, in renouatione iota unum. i. minima litera inter alias, quia uno ductu fit, aut apex unus poſitus in ſūmitate literæ cauſa ornatus, uel diſtinctionis non pteribit a lege. i. minimū pceptum, uel minima particula pcepti pteribit, donec oīa fiāt. i. impleātur eo modo, quo sūt pcepta. Cōicatio autem laica duplicis ſpeciei non eſt contra pceptum Chriſti ad 7. S. ad auctoritatē Heſdræ dicitur, quòd ipſa loq̄tur principaliter de ueritate increata, quæ ſecundum Venerabilem Anſelmum in lib. de ueritate, non poteſt incipere, nec deſinere, & ad cuius comparationē oēs aliæ menſurantur quam cœlum & terra, & omnia quæ in eis ſunt tremunt & benedicunt, in qua nulla eſt iniquitas, nec acceptio perſonarum in æternum manens & uiuens in ſecula ſeculorum. Et ita

auctoritas

auctoritas illa pro communicatione sub vtraq; specie non est ad propositum.Sed diceres illa veritas increata est; vbique ergo est in hominibus malis,& iniquis. cuius oppositum dicit Hesdras in auctoritate,Iniquus rex,iniquæ mulieres,iniqui omnes filii hominum, & iniqua omniũ illorum opera,& non est in ipsis veritas. Respondetur, quòd veritas dicitur in malis non esse, quia eis non est veritas,sicut cæcus dicitur non habere lucem præsentem,quia non videt eam. Et beatus Augustinus in libro de speculo dicit, Deus est vbique, tamen ab iniquorum cordibus longè est. Tandem dicit, Si non est ibi per gratiam,tamen est ibi per uindictam. Sic per prophetam dicitur veritas in hominibus non esse,quando non facit homines ueraces.sic etiam dicebatur dominus esse in populo, quando per dominum populus fuit adiutus,& quando non fuit adiutus populus,dicebatur in populo nõ esse. sic etiã Deus dicitur nobiscum quandoq; ambulare, & quandoque non, secundum beatũ Bernardum in suis meditationibus,Et fidelis socius Deus in uia neminem deserit,nisi ipse prius deseratur. Ad octauam auctoritatem,quæ prætendit, quòd Romanus Pontifex,non potest condere leges,idest canones contra hoc,quod dominus,& apostoli,& sequentes sancti patres diffinierunt ibi, dicitur secundum glosam, & Archidiaconum super uerbo apostoli,quòd hoc est uerum in his,quæ sunt præcepti,& de per se pertinentia ad articulos fidei,

dei,& quorum contraria ſunt prohibita. Sed in hiis,quæ ſunt conſilii,& quorum contraria non ſunt prohibita, ſæpius diſpenſat Papa, & interpretatur Diuinam ſcripturam. & quia communicatio laica duplicis ſpeciei non eſt præceptum nec articulus fidei,quia ſic eſſet de neceſſitate ſalutis,cuius oppoſitum prius clare eſt probatum. Igitur hæc auctoritas non eſt contra dicta. Ad ipſam dicitur,quòd ipſa etiam non eſt ad propoſitū,eo quòd communicatio laica ſimplicis ſpeciei non eſt contra diuina mandata, nec obuiat regulis Apoſtolicis Euãgelicis aut propheticis, vt ex dictis,& dicẽdis ad decimam dicitur, quòd illa directe eſt contra eos, & p̃ſertim in illa parte.Turpis eſt omnis pars uniuerſo ſuo non congruens. Ipſi enim ſunt pars Romanæ eccleſiæ,& ab illa quantum in eis eſt,ſe diuidunt, & ſeparãt dogmatizando & practicando contrariũ ei qđ prędicat,docet,& practicat Romana eccleſia,de laicorum ſub una ſpecie tantum communicatione. Heu,quã graue & intollerabile malum, imo Iudæis & gentibus ſcandalum ex iſta præſumpta ac temeraria practica contra eccleſiã, ſic vt præmittitur attemptata conſurgit, dicere poſſunt Iudæi,noſtra fides potior eſt, nõ habens aliquas nouitates: illa uero multas habet varietates,ac fides Chriſtianorũ, iam ſic,iam aliter immutatur. ipſimet Chriſtiani neſciũt quid credere debent, id ipſum gentes infideliter viuentes de nobis poſſunt enũciare. Sed væ illis per quos hoc ſcã-

dalum venit, si videbantur per hanc praxim motiua fortia; aut forsitan insolubilia, cur hāc causam tam arduā soli temerarie diffiniunt, cur super ea consilium ecclesiæ non requirunt, cur coràm patribus ante paucos annos cōciliariter cōgregatis non institerūt, vt ipsorum sententia per totam ecclesiam, vel saltem in regno Boemiæ & Marchianatu Morauiæ pro valido statuto consignaretur? vt sic ipsi qui esse volunt pars ecclesiæ, tam turpiter à suo vniuerso seipsos non congregarent. Sed quid temeritas eorum, & singularitas tam rem arduam sine consilio aliorū maturo attemptare hoc exigebat? Ad vndecimā dicitur, ꝙ sacerdotes laicum populum sub vna specie cōicantes, secūdum morem & consuetudinē ecclesiæ Romanæ non contemnūt per hanc veritatem, nec sequūtur consuetudinem legi diuinæ contrariā, quia sic cōicare laicos, non est cōtrarium veritati, nec diuinæ legi. Ad duodecimam dr̄ concedendo, ꝙ ratio & veritas præponēda est cōsuetudini, cui veritas nō suffragatur, imo secūdum Archidiaconum, si consuetudo non innititur veritati, & rōni abolenda est. Consuetudo aūt communicandi laicos sub vna specie tātum, innititur veritati & rōni, vt ex pdictis clare deductū est. Igitur ipsa firmiter est retinēda. Eodē modo dr̄ ad tredecimam. Qđ consuetudo quantumuis vulgata & antiqua, veritati cōtraria postponenda, & abolenda est. Sed vsus & cōsuetudo cōicandi laicos sub vna specie nō est contra veritatem,

ritatem,imo per ſanctos plurimos eſt multis tẽporibus practicata. Ad 14.& ad 15.ſimul dr̃, ꝙ cõicatio laica vnius ſpeciei nulli ꝓhibita eſt a dño,nec ab apoſtolo & aliis ſuis,nec ẽt cõicatio laica ſub duplici ſpecie eſt præcepta. & ergo illæ auctoritates nihil faciunt ad propoſitum.Ad 16. dicitur, ꝙ illa etiam non eſt ad ꝓpoſitum, quia cõicatio laica ſub vna ſpecie, non eſt contra ius naturale,aut diuinum, nec periculum ſalutis inducit, nec etiam eſt contra ius poſitiuum, quod tamen aduerſarii per ipſam probare intendunt. & ergo praxis ipſius non eſt corruptela dicẽda: ſed potius conſuetudo multimode valitura. Ad 17. dicitur, quòd illa in nulla ſui parte eſt contra dicta, eo quòd cõmunicatio laica vnius ſpeciei non eſt contra vetus, nec nouum teſtamentum in aliqua parte,ſed potius neceſsitas cõmunicationis laicæ vtriuſq; ſpeciei, eſt contra ſcripturam teſtamenti vtriuſq; , vt ex dictis ſupra in ſecunda parte principali ſatis apparet.Ad 18.dr̃, ꝙ ſcripturis beati Auguſtini,& aliorum doctorũ non eſt inſiſtendũ. vbi cõtradicunt dictis veteris & noui teſtamenti . Modo ſancti docentes & in dictis ſuis ponentes communicationem laicam vnius ſpeciei eſſe licitam , & non contra Chriſti ꝑceptum, nõ dicũt cõtra ſcripturã canonicã. Et ergo illa auctoritas per eos ſuꝑflue ad ꝓpoſitum probandũ allegatur. Ad 19. dicitur ꝙ illa habet duas partes,ſecunda ibi . Si ſolus Chriſti. & illa prius eſt expedita ĩ quarta parte beati Cipriani.

Sed ad primam partem patet ex dictis, quòd con ſuetudo cōmunicandi laicos ſub vna ſpecie, non eſt erronea, nec veritati contraria, nec rectæ rationi obuia. & ergo nō eſt tanquā erronea relin quenda. Ad viceſimam dicitur, quòd illa auctoritas, ſicut ponitur, eſt uera. Sed communicatio laica ſub una ſpecie nō eſt mala conſuetudo, ſed bona, ab eccleſia quæ ſācto ſpiritu duce regitur introducta & approbata. & ergo non eſt vitanda tanquam pernicioſa corruptela. & per conſequens, nec radicitus euellenda. Ad uiceſimam primam. ſ. ad auctoritatem Innocentii, dicitur, quòd communicatio laica ſub una ſpecie, poteſt rationabiliter bona fide & ſine peccato mortali obſeruari: quare præparatio in ea locum habet. & ergo conſtitutioni & conſuetudini ipſius nō eſt per canonicas ſanctificationes derogatum, & ſic auctoritas non eſt ad propoſitum. Ad viceſimam ſecundam, & vltimam, dicitur, quòd conſuetudo, & conſtitutio eccleſiaſtica communica tionis laicalis unius ſpeciei, nō eſt contraria iuri naturali, nec diuino, vt ex ſuperioribus patet. & ergo nō eſt a Chriſti fidelibus penitus extirpāda & excludenda, ſed licite & vtiliter practicanda. Ex quibus patet, quòd omnes illæ auctoritates tam bibliæ, ſacrorum canonum, ſanctorum doctorum, quàm etiam ſcolaſticorū per aduerſarios ad ꝓpoſitū ipſorū allegatæ, nihil faciūt con tra conſuetudinem eccleſiæ. & tantum de tritici parte min9 principali quartæ partis principalis.

Reſtat

Reſtat conſequenter in vltima parte quartæ partis principalis rñdere ad rõnes aduerſariorũ ſophiſticas, quibus fideles ſimplices, & minus intelligentes, multipliciter decipiunt, & decepe-runt. Et primo ad primam, vbi ſic arguunt. Mat. 24. dicitur, Cœlum & terra tranſibunt, uerba au tem mea non trãſibunt: Sed hæc verba, niſi man ducaueritis, ſunt verba Chriſti de utraq; ſpecie ad populum, non habeant. Reſpondetur quòd il la auctoritas Chriſti, quam ponit Matthæus, in toto eſt impertinens ad cõicationem utriuſque ſpeciei, quia Chriſtus in ea nihil loquebatur de illa communicatione, ſed ſolum de ſignis præce dentibus nouiſſimum diem, & de incertitudine illius diei, imo potius cœlum & terra tranſi-rẽt, ideſt perirent, quam quòd Chriſti uerba de nouiſſimo die non eſſent uera, neque ad effe-ctum deducibilia. Etiam non eſt verum, quòd Chriſtus loquebatur illa verba, Niſi manduca-ueritis &c. vniuerſaliter & præceptiue de com-municatione laica ſacramentali vtriuſq; ſpeciei, vt patet ex prius dictis. Secũdo arguunt ſic, Mat. vltimo, dicit Chriſtus diſcipulis ſuis, Euntes do-cete omnes gentes, baptizãtes eos omnes in no-mine patris & filii & ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Et ec-ce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi, & quia mandatum, & præceptum Chri-ſti eſt populum communem ſub vtraque ſpecie communicare, vt ex euangelio Iohannis. 6 Niſi

manducaueritis &c. Igitur tale præceptum ab omnibus vsque ad consummationem seculi est obseruandum. Respondetur, quòd hæc verba Euangelica beati Matthæi sunt vera, quare dicit Venerabilis Beda; Qui ante passionem suam dixerat, In via gentium ne abieritis, Surgens a mortuis dicit, docete omnes gentes. Quapropter confundatur Iudæi, qui dicunt Christum tantummodo ad salutem suam esse venturum. Erubescant & Donatistæ, qui localiter Christum concludere cupientes, dixerunt eum tantummodo in Africa esse, & non in aliis regionibus. Et beatus Hieronymus dicit, primum ergo docent omnes gentes, doctas intingunt aqua, non enim potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante omnia susceperit fidei veritatem, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, vt quorum est vna diuinitas sit vna largitio, nomenque æternitatis, quod Deus est. Consideratur autem hic ordo præcipuus in eo, quòd iussit, Apostolos, vt primo docerent vniuersas gentes, deinde fidei tingerent sacramento, & post fidē ac baptisma, quæ essent obseruanda præciperēt. Ideo sequitur, docentes eos seruare quæcunq; mandaui vobis. Vbi dicit Rabanus, Sicut corpus sine spiritu mortuum est: Ita & fides sine operibus. quia vero eis magna iniunxerat, & ideo secundū Crisogonum in Omelia, exigens eorum sensus dicit, Et ecce ego vobiscum sum &c. quasi diceret, ne

ret, ne difficile ſit vobis iniunctum officium. Ego vobiſcum ſum, qui omnia facio leuia: non autem cum illis ſolum ſe dicit eſſe futurum, ſed cum omnibus, qui per illos credunt. Non enim vſque ad conſummationẽ ſeculi Apoſtoli erant manſuri, ſed vno corpori fidelibus loquitur. Ex hoc autem ſecundum Rabanum, intelligitur quòd vſque in finem ſeculi, non ſunt defuturi in mundo, qui diuina inhabitatione, & manſione ſunt digni. Ex quibus patet, quòd in illa auctoritate Chriſtus loquitur de præceptis, & mandatis ipſius promulgandis. Sed quoniam communicatio laica duplicis ſpeciei non eſt de præcepto Chriſti, & mandato, nec perceptio ſacramentalis Euchariſtiæ de neceſſitate ſalutis, ſicut baptiſmus, quia alias de ipſa ita bene feciſſet mentionem, ſicut de baptiſmo: Et ergo auctoritas non eſt ad propoſitum. Tertio arguunt ſic. Marci 13. dicitur, qđ vobis dico, omnibus dico. Sed vobis Apoſtolis meis dico, quòd ſacramentum Euchariſtiæ deberetis recipere ſub vtraque ſpecie, vt patuit ſupra in prima auctoritate, ſcilicet Matthæ. Cœnantibus illis accepit &c. Igitur illud omnibus fidelibus tam præſentibus, quam futuris dico. Reſpondetur, quòd vno modo retorquendo ad perceptionem Euchariſtiæ hæc verba, tunc illa auctoritas ſic intelligitur. Quod vobis, ſupple Apoſtolis, dico, hoc vobis omnibus dico & veſtris ſucceſſoribus

ſacrificantibus,& hæc ſacra miſteria celebrantibus dico, & non ſimpliciter omnibus fidelibus, ſeu communicantibus,pro quolibet tẽpore futuro præceptiue. Aliter poteſt dici,quòd hæc verba ſunt omnino impertinentia ad communionem vtriuſque ſpeciei, ſed debent referri ad illa præcedentia in eodem euangelio. ſ. vigilate & orate.Cum.n.Chriſtus multa dixiſſet de nouiſſimo die & ſignis p̄cedentibus ipſum,& de incertitudine eiuſdem, ſubiunxit, Videte, vigilate,& orate,neſcitis enim quando tempus ſit.Et quod vobis dico.ſ.Vigilate & orate omnibus dico.ſ. quòd orent & vigilent propter incertitudinem illius diei.Quarto arguunt ſic,hoc ſacramentum debet ſumi in memoriam Dominicæ paſsionis. Mat.26.Hoc quotieſcunq; feceritis,in mei memoriam facietis.Sed ſub duplici ſpecie fit diſtinctior memoria paſsionis, quam ſub vna ſpecie tantũ. ergo &c. minor patet,quia ſub ſpecie panis fit memoria oblationis corporis Chriſti in cruce, & ſub ſpecie vini fit memoria effuſionis ſanguinis Chriſti. ergo &c.Reſpondet negando minorem, quia communicans ſub ſpecie panis tantum poteſt diſtinctè habere memoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti,eo quòd poteſt cogitare, quòd ibi eſt verum corpus Chriſti pro nobis oblatum in cruce,& etiã,quòd ibi eſt verus ſanguis Chriſti,qui pro nobis de latere lãceati Domini profluit, imo omni tempore & hora hæc poſſunt a quolibet fideli memorari diſtinctè,

etiam

etiam extra communionem. Quinto arguunt ſic aduerſarii, non ſequitur eccleſia primitiua bapti zauit in nomine Chriſti, & hunc modum moder na immutauit, quia baptizat in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Igitur ſicut illum modũ baptizãdi immutauit, ſic etiam eccleſiæ commu nicationem laicam ſub duplici ſpecie moderna in vnam poteſt, & potuit commutare, eo quòd non eſt ſimile de baptiſmo, & de cõmunicatio-ne, quia ſiue baptiſmus fiat in nomine Chriſti, ſiue in nomine trium perſonarum, tunc ſemper baptizati non ponentes obicem, conſequebãtur, & conſequuntur totum ſacramentum baptiſma tis & gratiam ipſius. Sed ĩ communicatione ſub ſpecie panis tantum, vel ſub ſpecie vini tantum, non conſequentur ſumentes totum ſacramentũ, & omnem gratiã, ſicut ſub ambabus ſimul. quod patet auctoritate, & ratione. primo auctoritate Villhelmi de Monte Lauduno in ſuo ſacramen-tali, dicentis: Ambæ ſpecies repræſentant vnum ſacramentum. & Innocentius in ſua Summa de officio miſſæ, loquens de hoc ſacramento ca. 9. dicit, ꝙ euchariſtia augmentum dat gratiæ. Ideo dixerunt aliqui, quòd paruulis eſſet danda eucha riſtia in forma liquida ſanguinis dominici, vel in forma panis cõminuta & contrita in aqua, quaſi eis aliquid ſubtraheretur de gratia, aut quid di-minueretur. & ita minus haberent præmium in cœlo. Vnde peccaret qui eis euchariſtiã ſubtra-heret. hæc ille, prout ipſi aduerſarii allegant.

&

& arguitur ratione ipforum, laico fideli capaci in acceptatione primæ fpeciei gratia datur fecũdum certam menfuram limitatam donationis, & in acceptione fecundæ fpeciei datur alius modus certæ gratiæ fecundum aliam certam menfuram donationis, & prima menfura donationis gratiæ, quia eft ad certum gradum, non fufficit p fe fola homini fideli laico, nifi asfit alia certa menfura donationis ad alium certum gradum, dum poteft haberi commode tempore & loco oportunis. Et illi duo gradus donationis funt coniuncti & colligati, in cuius rei fignum Chriftus coniunxit illas duas fpecies fimul, fcilicet formam panis & formam vini, & vnam fine reliqua non dedit. Et ficut in dando primam formam difcipulis in hoc etiam dedit & laicis futuris & conftituit dandum: Sic & fecundam formam, fcilicet vini, dando difcipulis ordinauit eam dandam illis quibus, & primam, quia dixit, Bibite ex hoc omnes, Matthæ. 1 6. Et quod vobis dico, omnibus dico, Matthæ. 13. ergo &c. Refpondetur, quòd bene fequitur, & eft par ratio de vtraque, vt ex præcedentibus. Et quando vlterius arguunt non eft fimile de baptifmo, & de communicatione negatur hoc, quia vtrobiq; recipientes confequuntur totum facramentum. Communicantes enim fub vna fpecie, recipiũt verum corpus Chrifti, & verum eius fanguinem, omnes effectus gratias & virtutes. Ita plene & totaliter, ficut fub ambabus,

bus, & non minus, nec deſamoſius, eo quòd Chriſtus, qui eſt indiuiſus Deus, & homo: Ita perfectè continetur ſub vna ſpecie cum omnibus effectibus, & gratiis, ſicut ſub duabus. Ad auctoritatem Vilhelmi dicentis, Ambæ ſpecies repræſentant vnum ſacramentum: Ibi dico, quòd ſacramentum euchariſtiæ dupliciter acci pitur, vno modo pro ſigno &c. vno modo collectiue &c. Ambæ ſpecies dicũntur vnum ſacramentum nõ vnitate indiuiſibiliter, quia ſunt diuerſæ res ſpecifice diſtinctæ, ſed vnitate integritatis, quia ſignificant ultimate unam & eandem rem ſub ambabus contineri ſpeciebus, ſcilicet verum corpus Chriſti, & eius ſanguinem. Alio modo capitur diuiſiue, & ſic quælibet illarum ſpecierum ſeorſum dicitur unum ſacramen tum, & ſic ſpecies panis dicitur vnum ſacramen tum. Alio modo capitur ſacramentũ euchariſtię pro ſignato.ſ.pro re ultimate ſignata per ſpecies ſacramentales. Qua diſtinctione præmiſſa dico, ꝙ Vilhelmus capit in ſua auctoritate ſacramentũ pro ſigno, & collectiue. Illo.n.modo ambæ ſpẽs repræſentant unum ſacramentum.ſ.ſignatum, cum hoc ſtat, qđ quęlibet illarum ſpecierũ continet realiter uerũ corpus diuiſiue dicatur ſacra mentum, & ſeorſum repræſentat unum ſacrm.ſ. ſignatum, & quælibet illarum ſpecierũ continet realiter uerũ corpus & ſanguinẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Ad auct. Innoc. Rñdetur, ꝙ nullibi in li. ſuo de officio miſſæ ponit illã auctoritatẽ in valore,

lore, vel in propria forma, videlicet diligenter perlegenti,& examinanti librum ante dictum.& ergo falſe, & vt puto callide pro ſuo palliando errore,dictum auctorem famoſum allegant. Et dato,quòd hæc verba in illo,vel alio eius tractatu ponerentur, tunc diceretur, quòd poneret ea non aſſertiue, ſed ſolum narratiue opinionem falſam & hereticam Pelagianorũ recitando.nec oportet,quòd ſi euchariſtia dat augmentum gratiæ, quòd ergo pueri in forma liquida ſanguinis Domini, vel in forma panis comminuta debeāt communicari,eo quod cognitione,diſcretione, & vſu rationis carent, quæ ſecundum intentionem Apoſtoli, probet autem ſeipſum homo,ad dignam huius ſacramenti perceptionem requiruntur.Et quæritur quam gratiam augmentat in pueris baptizatis prima perceptio euchariſtię,& non poteſt dici, quòd aliã quam baptiſmalem. &,ſi illam,tunc vtiq; baptiſmus confert eis gratiam,& per conſequens per illam ſolum poſſunt ſaluari. Igitur non eſt neceſſe, quòd pro ſalutis adeptione communicentur. Cuius oppoſitum dicunt Pragenſes moderni hæretici Pelagianorum imitatores, & Romanæ eccleſiæ aduerſarii.Ad reſponſionem quando arguitur laico fide li capaci &c. conceditur prima pars, & quando vlterius arguitur,& in acceptione ſecundæ ſpeciei datur alius modus certæ gratiæ ſecundum aliam certam menſuram donationis,negatur illá,q̃a Chriſtus omnes modos donationis, quos

habet

habet ſub vna ſpecie.ſ. ſub ſecũda,etiam hẽt ſub prima, & econuerſo. Et quia,quæ eſt ex opere operato,eſt ſolum ratione contenti, & non ratione ſpecierum continentium: Igitur quo ad efficaciam,nõ datur alius modus gratiæ ſub vna ſpecie,quam ſub alia. Vnde ceteris paribus,laico ſub vna ſpecie datur tanta gratia,ſicut ſacerdoti ſub duabus,eo quòd vterq; præciſe illud contentum ſumit. Et quando vlterius arguitur. Et prima menſura donationis gratiæ,quia eſt ad certũ gradum, non ſufficit per ſe ſola homini fideli, niſi aſsit alia certa mẽſura donationis ad alium certum gradum, dum poteſt haberi commode tempore & loco opportunis. Reſpondetur negando hoc, imo prima ſufficit eo, quòd quo ad efficaciam & ratione opis operati idem ſumitur præciſe & ſimpliciter. Et,quamuis Chriſtus vnam ſine reliqua non dedit in cœna: Non tamen ex hoc ſequitur,quòd laicis ſemper in futurum ambæ ſpecies ſint miniſtrandæ, quia Chriſtus hoc nullibi præcepit, quo ad communicationẽ extra ſacrificium. Ad auctoritates patet ex ſuperius dictis. Et,ſi obicitur,ſicut etiam obiciũt aduerſarii, licet ſub ſpecie panis Chriſtus deguſtetur ſub certo gradu: tamen ſi etiam deguſtatur ſub ſpecie vini, tunc vigoroſius deguſtatur quam ſub prima. Igitur ſecunda eſt conueniens & vtilis fidelibus laicis. Reſpondetur,quòd ſub neutra vigoroſius deguſtatur,ſed ęquè vigoroſe ſub ambabus, quia alias impfectio attribueretur

Chriſto,

Christo, uidelicet quòd diminute sub vna specie degustaretur. quod est error. Species enim & accidentia nihil faciunt ad efficaciam contenti, eo quòd æque efficax est, & æque efficaciter se habet sub una specie, sicut sub alia.

Sexto arguunt sic, Christus dixit discipulis suis in cœna, Accipite comedite & bibite ex hoc omnes. Vel igitur discipuli debebant in hoc Domino obedire, & sub duplici specie communicare, uel non. Non secundũ. quia si sic, tunc Apostoli licite fecissent contra Christi uoluntatem & mandatum, quod nullo modo est dicendum. nec primum, quia ipsi fuerunt pro tunc laici, & gerebant uicem futuræ communitatis laicalis. Si igitur sic debebant facere, uidetur quòd omnes posteri quorum tipum & figuram gesserunt, de necessitate præcepti sub duplici specie deberent communicare. quod erat probandum. Respondetur, quòd Apostoli debebant Christo in Christo obedire, & sub duplici specie communicare. Ad improbationem illius quando dicitur ipsi discipuli pro tunc fuerunt laici, & gerebant uicem futuræ communitatis laicalis. Respondetur. probatur, negando hoc, scilicet, quòd pro tunc erant laici. & econtra, quòd pro tunc gerebant tipum futuræ communitatis laicalis, quo ad communicationem sub duplici specie. & de hoc infrascr. in Corrolario 7. quintæ partis latius dicetur. Sed diceres, discipuli in cœna sumẽtes utranque speciem habebant se per modum

gregis

gregis spiritualis, & non per modum pastorum. Igitur habebãt se per modum plebis communis, & per consequens plebis cõis tipum gesserunt. Respondetur cõcedendo hoc. probatur, ꝙ habebant se per modum gregis spũalis in eo, ꝙ sumebant utranq; spẽm, quia tunc non sacrificabant, & hodie Epi & sacerdotes non sacrificãtes sub una specie sumunt, ut sic per modum gregis spiritualis uideãtur se habere. Et quoniam ex hoc infertur. Ideo habebant se per modũ plebis cõis seu laicalis, negatur consequentia, quia per hoc ꝙ sacerdos, uel Episcopus extra sacrificium sub una specie cõicat non reponitur ad statum laicalem, seu plebis cõis, sic ẽt uidetur fuisse de apostolis. Et si dicitur tñ Christus instituens cœnã utriusq; speciei instituit eam pro oĩbus communicantibus fideliũ, qđ non fecisset si nõ oẽs sub duplici spe deberent cõicare. Rñdetur ꝙ illa propositio Chrs instituens cœnã utriusque spẽi &c. dupliciter ĩtelligitur. Primo modo simplr, sicut verba sonant, & sic ipsa simplr est vera, qa omni die hoc Venerabile sacrificiũ imolatur in altari pro oĩbus fidelibus tam uiuis, quã defunctis sub duplici spẽ. Alio modo sic, ꝙ Christus instituẽs hanc cęnã utriusq; speciei instituit eã pro oĩbus fidelibus cõicandis sub utraq; spẽ. Sed scđm ꝙ Apostoli per Christum sunt cõicati, ita ꝙ cõmunicatio Discipulorũ fuisset figura & exẽplar futurorum laicorum sub duplici specie communicandorũ, & sic illa ꝓpositio simpliciter est falsa.

Septimo

Septimo arguunt ſic, Conſuetudo non præiudicat legi aut veritati. extra de re iudicata. cū cauſa. ſed cōmunicare ſub vtraq; ſpecie eſt veritas, & lex euangelica ſecundū illud Iohannis. 6. Niſi manducaueritis &c. Reſpondetur negando minorem. Ad probationem dicitur, quòd auctoritas Iohan. 6. intelligitur ad ſenſum prius dictum. Octauo arguunt ſic. Nihil poteſt immutari de præceptis Chriſti, & Apoſtolorum, quia cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, Matt. 6. Sed communicare laicos ſub dupli ci ſpecie, eſt præceptum Chriſti. Iohan. 6. Niſi manducaueritis &c. Et Apoſtoli primo ad Cor. 11. Hoc autem præcipio. ergo &c. Reſpondetur ꝙ maior eſt vera, quo ad eſſentialia, & ſubſtantialia ꝓceptorum. Sed quo ad accidentalia, videlicet quo ad modum adimplendi & exequendi ea nō oportet, quia quo ad hoc ſæpius variantur. Sed ad auctoritatem Matt. dictum eſt ſupra. Ad minorem dicitur, quòd ipſa eſt falſa. Sed ad auctoritates, dictum eſt ſuperius ſufficienter. Nono arguunt ſic, Si laici non eſſent communicandi vino maxime propter periculum effuſionis, ſeu diſtillationis ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, Sed propter hoc periculum talis communicatio non debet omitti. ergo &c. maior patet ſi ſic ſequeretur a ſimili, ꝙ non deberemus habere manus ꝓpter periculum tactus impudici, vel ignem in domo propter periculum combuſtionis domus, vel ferramenta domeſtica, vel etiam agreſtia,

agreſtia, ne quis ſeipſum, vel alium occidat, imo videtur ex eodem fundamento, ꝙ non eſſent tol lerandi artifices, qui talia faciunt, quia multorū peccatorum cauſa ſunt, & occaſio, quia alias nō fierent. conſequens tamē eſt manifeſte falſum, & contra beatum Auguſtinū in epiſtola ad Publicolam. & habetur 25.q.5. de occidendis, vbi dicitur. Abſit, vt quæ propter bonum, ac licitum facimus, aut habemus, ſi quid propter hoc præter noſtram voluntatem, cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domeſtica, vel agreſtia ſunt habenda, ne quis ex his, ſeipſum vel alterum interimat: nec arbores plantandæ, ne quis ex eis ſe inde ſuſpendat: nec feneſtra facienda, ne per hanc ſe quiſquam præcipitet. Sed quid plura commemorem? quid eſt in vſu hominū bono ac licito, vnde non poſſit pernicies generari? Reſpondetur negando ſimilitudinem, quia manibus, ferramentis, vtenſilibus domus, veſtibus pretioſis, & ita de ſimilibus homines bene & male vti poſſent. Sed effuſione, ſeu diſtillatione ſacramenti euchariſtiæ nullus bene vti poteſt, imo quilibet ſic fundens grauem meretur punitionē, vt in canone, Si per negligentiam, de conſe. diſt. 2. Et quando dicitur ex eodem fundamento, ſequitur ꝙ non eſſent tollerandi artifices, qui talia faciunt &c. Ibi dico primo, quòd ſi eſſet aliqua ars ad faciendum opera, quibus homines vt cōmuniter non poſſent bene vti, & abſque peccato, vt ars fabri-

candi idola, vel consimile ad cultum idololatriæ, seu superstitionis pertinens, artifices talium artium non deberent tollerari in communitate fidelium Christianorum. Secundo dico, quòd operibus artium quibus homines possunt vt communiter bene & male vti, vt gladiorum cultellorum sagittarum &c. artes horum, facturæ, & artifices licite permittuntur, & tollerantur in communitate Christianorum, & hoc vult auctoritas beati Augustini. Tertio, si in operibus alicuius artis homines, vt plurimum male vtuntur, vel vti consueuerunt, vt taxillis, & huiusmodi, quamuis illæ artes non sunt in se illicitæ, tamen per officium præsidentium tales artes & operarii eorum à communitate sunt repellendi. patet per beatum Augustinum, secundo de Ciuitate Dei, qui ad hoc allegat Platonem, dicentem poetas cum suis figmentis & ludibriis pellendos esse de ciuitatibus, & si ita est de poetis, a fortiori ita esse debet de his artibus, & artificibus, ergo &c. Quarto dico, ex quo secundum intentionem Doctorum sanctorum mulieres licite possunt se ornare, vel vt conseruent decentiam sui status, vel etiam in casu aliquid super addere, vt placeant suis viris, tunc artifices talium ornamentorum non peccant in vsu talis artis, nisi forte aliqua superflua, aut nimis curiosa inueniendo. Vnde dicit Crisostomus super Matthæum, ꝙ in arte sutorum, & sartorum multa abscindere

abſcindere oportet, quæ pure ad pompam & vanitatem ſunt, & incitant homines leues, & curioſos, qui nouitatibus corporalium habituum gaudent, ad malas affectiones, & oſtentationes. Quinto dico, quòd contingit artifices mechanicos in ſuis operationibus, & artificiis in quatuor peccare. Primo nimis innitendo nouis & curioſis adinuentionibus circa ſua opera, vt alliciant, vel vt ſe oſtentent. Secundo ſua opera ſophiſticando in materia, vel in forma. Tertio eadem irrationabiliter appreciando, & ultra iuſtum precium ea uendendo. Quarto ſolum ratione lucri, & intentione acquiſitionis diuitiarum laborando. Contra illud Prouerb. vigeſimo tertio. Noli laborare, út diteris, quaſi dicat, intentio principalis laboratoris eſſe debet, ut adiuuetur humana indigentia, & imbecillitas, ut eo melius poſsit vti opera pro gloria Dei, & ut ipſe operans acquirat neceſsitatem uitæ ſuæ, & ſuorum ad eundem finem. Et ſi labor mechanicorum artificum ex tali procedat intentione, ipſe non ſolum acquiſitiuus bonorum eſt fortunæ: ſed meritorius vitæ æternæ. Ex quibus patet, quomodo & qualiter artes & artifices debent, & poſſunt tollerari in fidelium communitate. Decimo arguunt ſic, ex eodem fundamento. Si laici non eſſent ſub ſpecie vini communicandi propter periculum effuſionis, ſeu diſtillationis ſacramenti, ſequeretur, quòd totum

illud sacramentum deponi deberet propter periculum damnationis multorum sacerdotũ, concubinariorum, simoniacorum & scismaticorum, qui indigne ad hoc sacramentũ accedunt, & secundum Apostoli sententiam prima ad Corint. 11. periculum damnationis incurrunt, eo ꝙ iudicium sibi manducant & bibunt. Illo tamen periculo non obstante, sacramentum eucharistiæ in ecclesia Dei tolleratur. Igit̃ suo modo cõicatio laica sub duplici specie, videtur esse tolleranda periculo effusionis, seu distillationis non obstãte. Respondetur, quòd non est simile, quia periculum damnationis est euitabile, eo quòd damnandus non necessario, sed contingẽter damnatur, sed periculum effusionis, seu distillationis in tali cõicatione, esset quasi ineuitabile, ꝓpter naturalem specierum fluxibilitatem, & propter communicantium multitudinem. Sæpius.n.ad communicandum accedũt iuuenes & senes, tremuli & barbati, satis impetuose, vbi periculum effusionis quasi ineuitabiliter contingeret, si sub vtraque specie deberent communicari. Etiam Christus instituendo hoc sacramẽtum dedit illud Iudæ quem sciuit esse peccatorem mortalẽ, & suum traditorẽ, & Iudas illud recepit ad suã damnationem. Illo tamẽ non obstãte, Christus æque bene hoc instituit sacramentum, & ipsum, scilicet Iudam cum aliis in sacerdotes & Episcopos ordinauit. & ergo non oportet, ꝙ propter periculum damnationis, quod est euitabile, to-

tum ſacramentum eucharistiæ deberet deponi. Ad auctoritatem Apoſtoli, ſuperius eſt reſponſum. Vndecimo arguunt aduerſarii. Si euchariſtia nõ deberet laicis ſub duplici miniſtrari, maxime propter periculum infidelitatis, ne credant Chriſtum totum non eſſe ſub qualibet ſpecie, & ſi ſic eadem ratione calix non eſſet leuandus in miſſa. Si enim ſub duplici ſpecie non deberent ſumere, tunc etiam non debent ſub duplici ſpecie videre, eo quòd non videtur eſſe ratio diuerſitatis, cum propter duplicis ſpeciei offenſionẽ periculum infidelitatis, ita bene locum habet, ſicut propter vtriuſq; ſpeciei ſumptionem. Reſpõdetur, quòd non eſt ſimile, quia alia ratione euchariſtia oſtenditur laicis ad videndum, & alia diſpenſatur ipſis ad ſumendum. diſpenſando. n. hoc ſacramentum eccleſia vult fideles deuote allicere ad meditandum efficaciam huius ſacramenti, quæ tanta eſt ſub vna ſpecie, quanta ſub vtraque. Sed oſtendendo hoc ſacramentum, intendit videntes incitare ad deuotam ſignificationem harum ſpecierum ſacramentalium, vt videlicet, videndo panem ſacramentalem meditentur Chriſtum pro nobis crucifixum, imolatum & mortuũ, & videndo calicem in quo Chriſti ſanguis continetur, meditentur deuote ſanguinem Chriſti eſſe pro nobis effuſum, quam effuſionem calix iſte ſignificat, dicente Domino, hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Sunt

adhuc aliæ rationes, & causæ quare sacerdos in Missa populo ostendit Eucharistiam eleuando ipsam. Primo, ideo ostenditur, & eleuatur corpus Christi a sacerdote, sicut Christus filius Dei patris existens in sacramento post cōsecrationem ab omnibus circunstantibus, tanquam Deus & Dominus noster adoretur. Tertio, vt populus non præueniat tempus consecrationis hostiam non consecratam adorando: sed ex nunc cognoscat ipsam esse factam, & Christum verum Deum & hominem super altare venisse. Ex quo patet incaute facere illos sacerdotes, qui ante consecrationem immediate, dum hostiam consecrandam ad manus recipiunt, ipsam alte tenent, ita quòd a multis circunstantibus videtur. quorum aliqui, qui sunt illitterati, & minus intelligentes credunt, peractam esse consecrationem, & sic hostiam non consecratam pro consecrata adorant: ita & populo rudi & grosso tales sacerdotes quantum in eis est, sunt occasio & causa idolatriam committendi, quod sine grandi & magno peccato fieri non potest. De quo tamen nunquam vel raro confitentur, & sibi conscientiam faciunt. Secunda ratio, vt ipse sacerdos reuocet populo ad memoriam Christi eleuationem in cruce, quasi diceret, Videte Deum & hominem, qui pro nobis contemptibiliter videntibus omnibus suis inimicis pependit in ligno crucis, vt illi exhibeatis reuerentiam, qui pro nobis saturatus

tus eſt contumeliis, & obbrobriis, cuius eleuationis figura præceſsit in ſerpente æneo, quem erexit Moiſes in deſerto. Numeri vigeſimo primo. Vnde Ioan. tertio ſcribitur: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Ille enim ſerpens figura fuit pasſionis, & exaltationis in cruce: quia habuit ſimilitudinem ueneni, in quantum dicebatur ſerpens, tamen fuit ſine ueneno, quia fuit æneus. Ita Chriſtus habuit ſimilitudinem peccati ex carne pasſibili, fuit tamen omnino ſine peccato. Et ideo ſi aſpectus illius ſerpentis ænei, ſic eleuati, ſaluauit homines a corporali morte, multo fortius Chriſtus crucifixus, per manus ſacerdotis in altari eleuatus ſaluat a morte ſpirituali, & reſtituit hominem uitæ æternæ. Quarto, ut homines uidentes ſacram hoſtiam ſibi illud ſaluberrimum ſacramentum proficiat ad ſalutem, quod pro ſalute fidelium eſt inſtitutum in ara crucis extenſum, & imolatum pro omnibus, quo ad ſufficientiam, quamuis non quo ad efficientiam. De ſalubertate illius ſacramenti dicit Vrbanus quartus in Epiſtola, Nullum ſacrificium eſt iſto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur. In ipſo enim, ut dicitur in Clementina de reliquiis, & ueneratione ſanctorum, Si a malo retrahimur, & in bono conforta-

mur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum. propter hoc dicit Gregor. Eucharistia dicitur oblatio benedicta, per quam benedicimur: ascripta, per quam in cœlo ascribimur: rata, per quam Christi visceribus adheremus: rationabilis, per quā a bestiali sensu exuimur: & acceptabilis, per quam Deo acceptabiles efficimur, si digne ipsa a nobis percipitur & sumitur. Quinto ad ostendendum, quòd hoc sacrificium superexaltatum sit omnibus aliis sacrificiis & oblationibus. Vnde Alexander primus & quintus Papa post beatū Petrum, dicit: Nihil in sacrificiis maius potest esse, quam corpus & sanguis Christi, nec aliqua est hac oblatione potior: sed omnes præcellit, quæ pura conscientia Deo offerenda & pura mente sumē da. Si optas scire quid sit pura conscientia, audi Hugonem in libro de bono conscientiæ dicentem, Hæc conscientia pura est, quæ de præterito non habet iustam accusationem, nec in præsenti iniustam delectationem, nec de futuro malam voluntatem. hæc ille. Sexto, vt ostendatur magna Dei potentia, qui de puro & modico pane & vino potest facere corpus & sanguinem filii sui, paucorum verborum probatione. Ostendit ergo hoc sacramentū populo ipse sacerdos, quasi vellet diceret, O peccator, hæc hostia, quam vides, prius fuit panis purus, & vinum purum: Sed modo est corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, quia qui hanc transub-

ſubſtantiationem,& mutationem potuit facere, idem poteſt & te mutare de culpa in gratiam, de gratia in gloriam.Septimo calix alte eleuatur, in quibuſdam eccleſiis. Ideo quia de latere Chriſti eleuati in cruce effluxit ſanguis & aqua,Ioannis.19. & quia ille ſanguis a populo eſt adorandus, eo modo, quo corpus Chriſti adoratur, quidam ſacerdotes eleuant calicem coopertum, ad deſignandum,quòd illud ſacramẽtum eſt difficilimum ad intelligendum,uel ideo, quia quan do hoc ſacramentum inſtituit Chriſtus, tunc ſanguis in venis latuit, & in propria ſpecie non videbatur,ſicut & nunc illo modo non videtur. Vel ſecundum Villhelmum, ad deſignandum quòd ſepulto Domino clauſum fuerit monumentum, Matth.27. Alii autem leuant calicem diſcoopertũ,ideo quia tempore paſsionis Chriſti fuit viſibilis, & viſibiliter in cruce effundebatur,&c.

CIrca prædicta dubitatur an hoſtia cõſecrata in eleuatione,vel etiã poſt, debeat ſimpliciter,& ſine aliqua cõditione a fidelibus adorari. Reſpondetur, quòd debet adorari ſub conditione habituali: videlicet, Si conſecratio rite,& ſecundum morem eccleſiæ ſit peracta, hoc eſt a ſacerdote in materia conſueta, ſecundum formam verborum, ad hoc inſtitutorum, & debita intentione concurrente, non autem oportet,vt dixerunt Vuichleſſiſtæ, quod illa cõditio

actu

actu recogitetur, sed sufficit ad periculum idolatriæ euitandum in habitu illam habere, scilicet non intendere adorare, nisi hostiam debite & rite consecratam. Sed diceres in adoratione Angeli Sathanæ transfigurati in Angelum lucis non sufficit habitualis conditio, imo requiritur actualis talis. Si tu es Christus, vel Deus, adoro te, & non aliter, vt communiter dicunt Doctores, eo quòd tam vox, quam electio, & etiam intentio, est ad Deum & seclusiua Sathanæ, nec talis adorat, illud quod apparet, sed solum Christum, in quem fertur intentio, & expressio intentionis. Igitur in adoratione hostiæ etiam requiritur conditio actualis. Consequentia tenet, quia non videtur ratio diuersitatis, quare ibi talis conditio requiritur, & non hic. Respondetur negando consequentiam. Et ratio diuersitatis est, quia illa apparitio in transfiguratione, est insolita, & inconsueta, ideo ad eam præcipitanter sequi adoratio, nisi primitiua oratione, & maturitate. Nouitas enim rei insolitæ considerationem, & attentionem requirit, sicut de Virgine Maria, Lucæ primo: Quæ cum audisset turbata est in sermone Angeli, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Sed consecratio hostiæ est solita, & consueta, & generaliter in Ecclesia Dei instituta: Ideo si præsbyter non consecraret hostiam, populus adorans non actuali, sed habituali conditione non peccaret. ergo &c. Duodecimo

decimo arguunt. Si Eccleſia ſuo ſtatuto immutaſſet laicorum ſub duplici ſpecie communicationem propter pericula prænarrata, ſequeretur a ſimili, quòd etiam ſuo ſtatuto præcipere deberet, ne aliquis deinceps ad ſacros ordines promoueretur. patet conſequentia, quia ordo ſacerdotalis eſt periculoſisſimus. Vt dicit beatus Auguſtinus in epiſtola ad Valerianum, & habetur in Canone 40. diſtinctio. Ante omnia, vbi ſic dicitur. Ante omnia peto, vt co[illegible]itet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita, & maxime in hoc tempore facilius & leuius, & hominibus acceptabilius. Epiſcopi autem presbyteri aut diaconi officioſi, perfunctorie, ideſt negligẽter ſecundum gloſam, vel ſecundum Archidiaconum tranſitorie, ideſt obſcure atque adulatorie, ideſt palpatorie, ſeu ſemiplene, vel ſuperficietenus res, ideſt officium diaconi præsbyteri, vel Epi agatur. Sed nihil apud Deum miſerabilius, & triſtius, & damnabilius. Item nihil eſt in hac vita, & maxime in hoc tempore difficilius & laborioſius, & periculoſius Epiſcopi & præsbyteri aut diaconi officio. Sed apud Deũ nil beatius ſi eo modo militetur, quo nr̃ Imp̃ator iubet. hæc ibi. Et idem Aug. lib. Omeliarũ Omel. 7. dicit, Si pro ſe vnuſquiſq; vix poterit in die iudicii rationem reddere, quid fiet a ſacerdotibus & p̃latis, a quibus ſunt animæ ouium requirendæ? Et ideo conſiderantes periculũ nr̃m, orate pro nobis, vt commisſis nobis gregibus, ita ſpiritualia paſcua

ſtudeamus

ſtudeamus iugiter prouidere, vt pro eis bonam rationem mereamur. hæc ille. Reſpondetur, quòd non eſt ſimile de periculo ſacerdotis ratione officii,& periculo ſacramenti. Nam periculum ex parte ſacramẽti, eſt in modo ſumendi exteriori,& ex parte groſsiciei fidei ſumentium. Sed in ſacerdotio periculum eſt ex modo viuendi regulari. Eſt enim vita ſacerdotum liber & exemplar laicorum. In quo laici legere ibidem debent,quid faciendum, & quid dimittendum, vel fugiendum ſit. Illud enim, quod laici de clericis vident,ad hoc facilius inclinantur, propter qđ ſacerdotes, & p̄lati tot mortibus digni ſunt,quòd eorum malis exemplis cadunt ſubditi,vt dicit beatus Gregorius,& habetur in canone. 11.quæſt. præcipua. Et Iſidorus lib.3. dicit. Qui bene docet,& male viuit, veluti cereus eſt, qui cum aliis lucem præſtat ſeipſum conſumit, & extinguit. Ita ſecundum beatum Auguſtinum ſuper pſal 36.ſermone.20. Talem oportet eſſe vitam ſacerdotis, vt quod populus nõ valet obtinere,ipſe pro populo mereatur,& poſſit impetrare. quia ſcriptum eſt, Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos. Sed ſi negligens fuerit ſacerdos, negligetur & deficiet populus, ſicut plane deducit beatus Criſoſtomus ſuper Matth. in opere imperfecto,Omelia.31. Vbi comparat ſacerdotium radici in arbore,& cordi,& ſtomacho in homine,dicens. Si ſtomachus ſanus fuerit,totum corpus ſanum,& validum eſt: Si autẽ

diſsipatus

disſipatus fuerit,totum corpus infirmum eſt. Et ita ſi ſacerdotium integrum fuerit, tota eccleſia floret: ſi autem corruptum fuerit, & omnium fides marcida eſt. Cor autem & ſtomachus ſacerdotes intelliguntur: quia in rebus ſpiritualibus, per eos totus populus gubernatur. Et ſicut ſapientiæ locus cor eſt: ita ſacerdotes receptacula ſunt ſapientiæ ſpiritualis. Et ſicut ſtomacho ſumminiſtrante vnumquodq; membrũ nutrimentum ſuſcipit, & conuertit in ſe: ita ſacerdotibus in eccleſia miniſtrantibus, & loquentibus verbum Dei omnes ſuſcipiũt,& vnuſquiſque conuertit ad illud ſuum proprium cor. In cordibus rectis, procedit ad vitam, & dilectionem. In cordibus autem peruerſis, ſuſcitat iracundum, & odium, quaſi flegma nociuum ad expuendum. Videte ergo vos ſacerdotes, quomodo vos cõponatis in opere,& verbo. Quoniam ſicut in corpore, ſi aliqď fuerit infirmatum membrum,non omnino languet,& ſtomachus: Si autem ſtomachus langueret,omnia mẽbra inueniuntur infirma: Sic ſi ſacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. Ideo vnuſquiſque Chriſtianorum pro ſuis peccatis dabit rationem. Sacerdotes autem non tantum pro ſuis,ſed & omnium peccatis daturi ſunt rationem & ſubdit Criſoſtomus, Et, quemadmodum cũ videris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis, quia aliquam culpam habet circa radicem: Ita cum videris

populum

populum indiſciplinatum, & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium non eſt ſanum. hæc ille. Ex quibus patet difficultas, & periculum in ſacerdotio. Quoniam autem oppoſita nata ſunt fieri circa illud: Ideo ſicut officium ſacerdotale eſt periculoſum: Ita etiam ex oppoſito eſt valde beatum, & multo honore dignum, ſi exercetur eo modo quo eſt inſtitutum. Vnde beatus Aug. ad Valerianũ in auctoritate per aduerſarios allegata, verſus finẽ, dicit, Nihilque beatius, ſi eo modo militetur, quo iubet cœleſtis Imperator. Sed quòd ſacerdos illo modo militet & debite, ac idonee ſuum officium exerceat, plura requiruntur. Primo, munditia uitæ, ſecundum illud Exod. decimo nono. Sacerdotes, qui accedunt ad me, mihi, ſcilicet miniſtrando, & in ſeruitio meo militando, ſanctificentur. Secundo, requiritur notitia ſcripturæ. Malachiæ ſecundo. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius. Tertio, requiritur diligentia curæ. Matthæ. 10. Infirmos curate. Et quarto, inſtantia orationis deuotæ, ſecundum illud 11. Machabæ. primo, Orationem faciebant ſacerdotes, dum offerrent ſacrificium. De primo loquitur beatus Ambroſius in quadam epiſtola, dicens, Sobriam a turbis grauitatem, ſerenam uitam, ſingulare pondus, dignitas ſibi uendicat ſacerdotalis. De ſecundo dicit beatus Hieronymus ſuper Aggeum, Conſidera ſacerdotum eſſe officium de lege interrogatos reſpondere.

reſpondere.Si ſacerdos eſt,ſciat legem Domini: ſi ignorat legem Domini,ipſe ſe arguit non eſſe ſacerdotem Domini. Sacerdotis enim eſt ſcire legem Domini, & ad interrogationem reſpon dere de lege. hæc ille. De tertio, ſcribit beatus Chriſoſtomus libro tertio,de dignitate ſacerdo tali ſic. Sapientisſimum eſſe oportet, & pe rſpi cacem in omnibus ſacerdotem, & vt dicitur ex omni parte oculos habentem, vt non ſolum ſibi,ſed etiam populo uiuat. De quarto eloquitur beatus Proſper libro primo de uita contempla tiua,dicens,Sacerdotes ſi conſolantur afflictos, ſi paſcunt egenos,ſi ueſtiunt nudos,ſi redimunt captiuos, ſi ſuſcipiunt peregrinos, ſi deſperatis ſpem ueniæ conſequendæ pronunciant, quis ſic erit alienus a fide, ut dubitet tales uitæ contemplatiuæ eſſe participes, quorum exemplo, ſimul ac uerbo plures fiunt Regnorum cœleſtium cohæredes? Ita ſunt miniſtri uerbi, adiutores Dei, Oraculum ſpiritus ſancti, per tales Deus placatur in populo, & populus inſtruitur de uoluntate Dei. hæc ille. Talibus ſacerdotibus, ſic vt præmittitur militantibus, & officium ſuum digne exercentibus, duplex debetur honor, ſecundum illud Apoſtoli prima ad Thimothæum quinto. Qui præſunt præsbyteri uita, & doctrina, perficiendo deuote officia diuina,& adminiſtrando debite,ſecundum morem Eccleſię Romanæ ſubditis eccleſiaſtica ſacramēta,digni habeantur a ſuis ſubditis duplici

duplici honore, scilicet, spirituali & temporali. Spirituali, vt subditi eis obediant, & reuerētiam exhibeant. Temporali autem, vt eis necessaria ministrent. Vnde sicut beatus Ambrosius, & habetur in glosa, Boni dispensatores, & fideles nō solum honore sublimi, sed & terreno præueniri debent, vt non contristentur indigentia sumptuum: Sed & gaudeant de obedientia spiritualium. Instantior enim fit si non humilietur inopia, & crescit in illo auctoritas, cum vide se etiam in præsenti laboris sui fructum percipere, non vt abundet, sed vt non deficiat. Tanta enim merces debet esse euangelizanti verbum Dei, vt non contristetur, nec extolletur. Vnde beatus Augustinus, & habetur in glosa, Necessitatis est accipere vnde viuitur, charitatis est præbere, nō tamen venale est Euangelium, vt pro hiis prædicetur. Si enim sic venditur, magnam rem pro uili uendunt. Accipiunt ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis à Deo: nō enim a populo redditur quasi merces illis, qui sibi in charitate euangelii seruiunt: Sed tanquam stipendium datur, quo possint laborare, pascantur. hæc ille. Nec solum tales prælati & sacerdotes in præsenti duplici venerantur honore, scilicet spirituali & temporali, sed etiam in futuro honorabūtur aurea & aureola. Aurea, in qua consistit præmium essentiale, propter uitæ sanctitatem: & aureola, quæ datur propter opera quædam excellentia, ut pro doctrina, qua populum

populum verbo,& exemplo docuerunt. Tredecimo arguunt tantum, vel maius periculum infidelitatis cõsurgit grossities fidei ex hoc, quòd eucharistia non datur sub duplici specie fidelibus,quale vel quantum veniret ex hoc,quòd daretur eis sub duplici specie. Igitur solutio principalis præcedentis argumenti,non potest subsistere. Assumptum patet, quia fideles simplices audientes in prædicationibus de manducatione & bibitione huius venerabilis sacramenti, dum accedunt ad calicem non consecratum, credunt se sumere sanguinem Christi, & pro tali venerantur: cum tamen non sit ibi nisi purum vinũ. ergo &c. Respondetur,quòd prouidi prælati,& boni prædicatores in prædicationibus suis tenentur, & debent populum de hoc informare, scilicet,quòd sacramentum eis non ministratur in vino,seu sub speciebus vini, sed sub speciebus panis tantum, sub quibus eis ministratur totus Christus viuus,cum suo vero corpore,anima,& sanguine,& deitate,quo facto statim cessat replicatio de tali infidelitatis periculo. Decimoquarto arguunt sic aduersarii, Christus præscius omnium futurorum periculorum circa sumptionẽ huius venerabilis sacramenti,non deposuit modum communicandi laicos sub vtraque specie, nec ipsum ꝓhibuit, nec Ecclesia primitiua, ergo videtur,quòd nec Ecclesia moderna hoc debuit facere propter pericula prædicta. Respondetur, quòd Christus nullibi legitur instituisse hoc sacramentum

cramentum sub vtraq; specie fore a laicis sumēdum, vt postea dicetur in Corollario 3. quintæ partis. Quamuis instituerit, ꝙ sub vtraq; specie sit conficiendum, & sumendum, quod obseruat Ecclesia Romana, quæ in sacrificio hoc sacramētum sub vtraq; specie conficit, & sumit, & laycis tantum sub vna specie verum corpus Christi, & eius sanguinem ministrat. & sic totū eis dat sacramentum, quo ad efficaciam, quamuis non ad significationem, vt sæpius prius dictū est. Sed de Ecclesia primitiua dicitur, ꝙ illa plura habuit in cōsuetudine & vsu, quæ moderna rationabiliter immutauit, videlicet de vxoribus præsbyterorū, de contractu matrimonii prohibito vsque ad septimum gradum, de baptismo in vigilia Paschæ, & pentecostes, tantum fidelibus adultis ministrato, & de pluribus aliis. Et sicut Ecclesia moderna rationabiliter illa immutauit, ita & communicationem vtriusq; speciei, & plura alia, cuius immutationis non est semper inuestiganda ratio ab inferioribus, & subditis. Sed illis sufficere debet auctoritas, & voluntas Ecclesiæ vniuersalis, quæ ab inferioribus non curiose est discutienda. Quintodecimo arguūt sacerdotes quottidie in diuisione hostiæ, quando tertiam eius partem mittunt in calicem, dicunt, hæc sacrosancta cōmixtio corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi fiat mihi, & omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & ad vitam æternam capessendam præparatio salutaris. Vbi

nulla

nulla mentio fit de astantibus, uel uidentibus, sed sumentibus. Per hoc uidetur innui, quòd omnes sumentes hoc sacramentum, debent ipsum sub duplici specie sumere. Respondetur, quòd hoc sacramentum quottidie in ecclesia debet offerri. Ideo, quia fructu Dominicæ passionis quottidie indigemus, propter quottidianos nostros defectus. Hæc autem oblatio fit per sacerdotes, qui sub vtraque specie ipsum conficiunt, & sumunt: layci autem quando communicant sacramentaliter sub vna specie: tunc sumunt corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, ita efficaciter, sicut sacerdos sub vtraque: & quia illa oratio non facit mentionem de specie. & ergo non est contra practicam ecclesiæ Romanæ. Vel potest dici, quòd illa oratio, quo ad laycos debet intelligi de sumptione spirituali & mystica. Hostia enim per sacerdotem sacramentaliter sumpta prodest non solum sibi, sed etiam fidelibus capacibus nõ solum viuis, sed etiam in purgatorio existentibus, ad salutem, vt prius dictum est. Decimosexto arguunt sic, Christus dixit præceptiue, Ioãnis tertio. Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Igitur non sufficit baptismus in aqua solum, nec in spiritu solum opportunitate se offerente, ergo a simili, cum Christus dixit, Ioannis sexto. Amen dico vobis, nisi mãducaueritis, &c. Non sufficit man-

ducare hoc sacramentum sub altera specie tantum opportunitate, sub vtraque specie communicandi, se offerente. Respondetur negando cõsequentiam, quia baptismus non est in aqua tantum, nec in spiritu tantum, nec in forma baptismi tantum, sed in omnibus simul si adest opportunitas. Vnde dicit quædã glos. Ioan. 3. Si necessitas impedit, voluntas sufficit vt in martiribus. Quicquid vis, & non potes, Deus factum reputat, quasi dicat glosa. Ad hoc ut aliquis intret regnum Dei, oportet quòd assit baptismus aquæ, vel in re. Sic in omnibus baptizatis baptismo fluminis, vel in voto, sicut in multis martiribus. Et addunt aliqui, vel in figura, sicut fuit in antiquis patribus. Vnde Apostolus primo ad Corint. 10. Nolo autem vos ignorare fratres, quoniam omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moise baptizati sunt in nube, & in mari. Eucharistia autẽ tota est sub altera specierũ, & tota sub vtraq;. & ergo similitudo non est ad propositum.

SEd dubitatur primo circa solutionem istius argumenti, an aliquis homo possit saluari sine baptismate. Respondetur secundum sanctum Thomam, Quòd sacramentum baptismi dupliciter potest alicui deesse, uno modo re, & voto, quod contingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari uolunt, quod manifeste ad contẽptum sacramenti pertinet, quo ad illos, qui vsum habent

bent liberi arbitrii, & tales non saluantur, iuxta dictum Christi Ioannis tertio, in argumento per aduersarios allegato, Nisi quis renatus fuerit, &c. Alio modo sacramentum potest alicui deesse re, sed non voto. Sicut cum aliquis baptizari desiderat, & præuenitur morte antequam baptismū suscipiat, talis sine baptismo actuali salutem consequi potest propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide operante per dilectionē, per quam Deus interius hominem sanctificat: cuius potentia non alligatur sacramentis uisibilibus. Et hoc patet per beatum Ambrosium, qui dixit de Valentiniano, qui cathecumenus mortuus fuit, quem regeneraturus eram amisi. Veruntamen ille gratiam, quam poposcit nō amisit. Sed diceres tamen, beatus Augustinus in lib. de ecclesiasticis dogmatibus dicit: Nullum cathecumenum quamuis in bonis operibus defunctum æternam vitam habere credimus excepto mysterio. Respondetur, quòd addit ibidem. In quo scilicet mysterio omnia facta baptismi complentur, scilicet quantum ad plenam liberationem a culpa, & a pœna. Et ergo vult, Nullus, qui commisit peccatum actuale decedēs sine baptismate, & martirio statim peruenit ad vitam æternam. Sed patietur ad tempus pœnā, & sic saluus erit quasi per ignē, vt dicitur primo ad Cor. 3.

SEcundo dubitatur an Christus per illa verba Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit, &c.

 baptis-

baptiſmum inſtituerit. Reſpondit Hugo poſtillator, quod baptiſmus materialiter fuit inſtitutus, quando Chriſtus fuit baptizatus, & formaliter vero cum Chriſtus reſurgēs ex mortuis dedit diſcipulis ſuis formam & modum baptizandi, dicens, Mat. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii, & ſpiritus ſancti. Effectiue autem in paſſione Chriſti, ex qua virtutem habuit: quia de latere Chriſti lanceati effluxit ſanguis & aqua. Ioan. 19. Sed finaliter Ioan. 3. fuit inſtitutus, cum dixit, Niſi quis renatus fuerit, &c. Vbi eius neceſſitas, & vtilitas finalis oſtenditur, & per hoc patet reſponſio ad dubium.

Tertio dubitatur an baptiſmus ſit differendus. Reſpondetur ſecūdum ſanctum Thomam, Si baptizandus eſt puer, tunc nō eſt differendus, quia nō expectatur in eis maior inſtructio, aut plenior conuerſio in breui fienda. Secundo propter periculum mortis, quia non poteſt ei alio remedio ſubueniri niſi per ſacramentum baptiſmi. Ex quo patet, ꝙ parentes differentes baptiſmum ſuorum paruulorum propter patrinos longe diſtantes, & propter pompā quam exercent, non caute agunt: Sed ſeipſos & paruulos ad periculum ponunt. Si autem baptizandus eſt adultus: tunc baptiſmus eſt differēdus, quia ei poteſt ſubueniri, vt in primo dubio eſt dictū, & illa dilatio debet fieri ad certum tempus. Primo ꝑpter cautelam eccleſiæ ne decipiatur. Sed illud

illud prima Io. quar. Nolite ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt: quæ probatio fit examinando eos, per aliquod tempus in fide & moribus. Secundo propter vtilitatem ipſius baptizãdi, qui aliquo tempore indiget, vt plene inſtruatur in fide & exercitetur in his, quę pertinẽt ad vitam chriſtianam. Tertio ꝓpter reuerentiã ſacramenti, quia dum in ſolemnibus præcipuis, ſ. Paſchæ, & pẽtecoſtes homines ad baptiſmum admittuntur, deuotius ſacramentũ recipiunt.

QVarto dubitaẽ an cũ quolibet adulto talis dilatio ſit faciẽda. Rñdetur ꝙ nõ, q̃a quãdo ille pfecte eſt inſtructus in fide, & ad baptiſmũ eſt idoneus, debet ſtatim baptizari, ſicut Philippus baptizauit Eunuchũ. Act. 8. & Petrus Corneliũ. Act. 10. Scd̃o ꝓpter periculũ mortis incũbẽs ex igne obſidione pſecutione naufragio & aliis nõ debet differri baptiſmus cum quolibet adulto &c. Quinto dubitatur an pc̃tores ſint baptizãdi. Reſpondetur ſecũdum. S. Thom. ꝙ dupliciter dicitur aliquis peccator, vno modo per maculã & reatum, & tunc peccator eſt baptizãdus, quia ad hoc ſpecialiter inſtitutus eſt baptiſmus, vt ꝑ ipſum peccatorum ſordes mundentur, ſecundũ illud Apoſtoli ad Ephe. 5. Mundans e[illegible]m, ſcilicet eccleſiam lauacro aquæ in uerbo uitæ. & de hoc dicitur Zach. 14. In illa die erit fons parens Domui Dauid, & habitãtibus Hieruſalem, in ablutionem peccatorum. Alio modo aliquis dicitur peccator ex voluntate peccãdi, & ꝓpoſito per-

 ſiſtendi

sistendi in peccato,& talis non debet baptizari. Si hoc est meritum primo, quia per baptismum Christo homines incorporantur, secundum illud ad Gal. tertio. Quicunque in Christo baptizati estis,Christum induistis. Quamdiu autem aliquis habet voluntatem peccandi, nō est coniunctus Christo, secundum illud. 2. ad Corinthios sexto. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Vnde beatus Augustinus in libro de pœnitentia dicit, Nullus suæ voluntatis arbiter constitutus nouam inchoare potest, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Secundo quia in operibus Christi, & Ecclesiæ, nil debet fieri frustra, & frustra autem est quod non pertingit ad finem, in quod est ordinatum:nullus autem habēs voluntatē peccandi mundatur a peccato, quæ mundatio est finis baptismi. ergo &c. Tertio quia in sacramentalibus signis non debet esse falsitas. Ex hoc autem,quòd aliquis præbet se ad baptizandum significatur, quòd disponat se ad interiorē mundationem, quod non facit habens propositum persistendi in peccato. Sexto dubitatur an pueri sunt baptizandi. Respondetur, quòd sic, nam diuini nostri duces,scilicet Apostoli,probauerunt infantes recipi ad baptismū;vt dicit beatus Dionysius vltimo capitulo cœlestis Hierarchiæ. Sed diceres,prima Petri 3. homines saluos fecit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Sed pueri non habent conscientiā cum non habeant vsum

rationis

rationis, igitur &c. Reſpondetur, quod puer cum baptizatur non per ſe, ſed per alios interrogatur, & illi confitentur fidem Eccleſiæ in perſona pueri. Sed conſcientiam bonam conſequitur puer in ſeipſo, non actu, ſed habitu, per gratiam iuſtificantem, &c.

SEptimo dubitatur an patrinus ſuſcipiens aliquem de ſacro fonte, obligetur ad eius inſtructionẽ. Reſpõdetur, ꝙ ſic. Si . . . . . neceſſitas, ſicut eo tempore & loco, quo baptizati inter infideles nutriuntur. Sed vbi baptizati nutriuntur inter Chriſtianos, poteſt ab hac cura patrinus excuſari, præſumendo quòd a ſuis parentibus diligenter inſtruantur. Si tamen quocunq; modo ſentiret contrarium, tenentur ſecundum ſuum modum impendere curam ſaluti ſpiritualium filiorum. Vnde beatus Auguſt. in quodam ſermone paſcali dicit, Vos ante omnia tam viros quam mulieres, qui filios in baptiſmate ſuſcipitis moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum extitiſſe pro illis, quos de ſacro fonte ſuſcepiſtis.

OCtauo dubitatur an per baptiſmum homo liberetur a peccato, & a reatu pœnę peccati. Reſpondetur ſecundum ſanctum Thomam, ꝙ per baptiſmum aliquis incorporatur pasſioni & morti Chriſti, ſecundũ illud ad Rom. 6. Si mortui ſumus cũ Chriſto, credimus, quia etiã ſimul viuemus

viuemus cum Christo. Ex quo patet, quòd homini baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus & mortuus esset: passio autem Christi est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis hominū, iuxta illud Rom.6. Quicunque baptizati sumus. Vbi concludit postea. Ita æstimate vos mortuos esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro. Et ideo ille, qui baptizauit liberatur a peccato, & reatu omnis pœnæ sibi debitæ pro peccatis. Vnde Ezech.36. dicitur, Effundā super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

NOno dubitatur, an per baptismum auferri debeant pœnalitates præsentis vitæ. Respondetur, quòd baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ, non tamen eadē aufert in præsenti vita, sed eius virtute auferētur a iustis in resurrectione, quādo mortale hoc induerit immortalitatem. primo ad Corin. 15. Sed diceres, baptismus aufert culpā originalem & actualem: sed sic aufert culpam actualē, quòd liberat omni reatu pœnæ: consequenter eam etiam, ergo liberant a pœnalitatibus præsentis vitæ, quæ sunt pœna peccati originalis. Respondetur secundum ꝙ dicit glos. ad Rom.7. ꝙ duplex est pœna peccati gehennalis, & temporalis. primam deleuit Christus, vt eam nō sentiant baptizati, & vere, ac perfecte pœnitentes.

Secundam

Secundam vero nondũ pœnitus tulit, manet fames, ſitis, & mors. Sed regnum eius, & dominiũ deiecit, vt hoc homo non timeat, & tandẽ illam pœnam in nouisſimo pœnitus exterminabit.

DVbitatur decimo, quare in baptiſmo non tollitur omnis pœnalitas, quæ venit ex peccato. Reſpondetur ſecundum beatum Auguſtinum in libro de baptiſmo. Si homines omnino a pœna per baptiſmum liberarentur, ipſi crederent talem liberationem eſſe finale precium baptiſmi, & ſic non quærerent aliam vitam, ſcilicet æternam. Manet ergo pœnalitas in vita tẽporali vt ſtudioſis quæratur æterna, & vt ſit materia certandi, & occaſio vincendi homini fideli, qui non vinceret ſi non purgaret, nec pugnaret, ſi fieret in baptiſmo immortalis.

DVbitatur vndecimo, an per baptiſmũ homini gratia & virtutes conferantur. Reſpõdetur ſecũdum beatũ Auguſt. in lib. de baptiſmo paruulorũ. Ad hoc valet baptiſmus vt baptizati Chriſto incorporentur, & mẽbra eius. A capite aũt Chriſto in omnia mẽbra eius gr̃a & virtutis plenitudo deriuatur, ſecundũ illud Ioan. 1. De plenitudine eius, oẽs accipimus, &c. Vnde patet per baptiſmũ aliqs cõſequetur gratiã & virtutẽ. Etiam ad Titũ. 3o. dicit Apoſt. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ſpũs ſancti, ꝙ effudit in nos abunde. i. ad remisſionẽ peccatorum,

& ad

& ad copiam virtutum,vt exponit glosa. & tantum de materia quartæ partis principalis.

IN quinta parte principali & vltima ex prædictis infero Corollarium quorum primum est hoc. Sacramentum Eucharistiæ non est sacramẽtum necessitatis, quo ad sacramentalẽ sumptionem. patet hoc Corollarium ex antedictis,& cõmuniter per omnes doctores, & specialiter per sanctum Thomam,circa 4.distinct.13.dicẽtem: Quòd solus sacerdos est dispensator proprius Eucharistiæ: Vnde laicus non debet etiam in necessitate, & in absentia sacerdotis aliquem communicare,quia hoc non est sacramentũ necessitatis. Et declaratur sic, Multi saluantur, & saluati sunt sine Eucharistiæ perceptione, vt de pueris ante vsum rationis decedentibus. Et etiam patet de adultis, quia multi martires post quam ad fidem peruenerunt, martirio coronati sunt sine huius sacramenti perceptione. & patet per beatum Augustinum scribentem ad Bonifacium. Et allegat in quar.distin.19. & habetur in glos.1.ad Corin.10.super verbo: Quoniã vnus panis,& vnum corpus multi sumus. vbi dicitur: Nulli ambigẽdũ est,&c. vt sup.in nota.8.primæ partis. Et ꝓbatur rõne. Si sic baptismus non conferret gratiam,qđ est contra illud Mar.vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. patet tamen consequentia,quia vltra hoc per aduersariũ requiritur sumptio eucharistiæ sacramẽtalis.

Corollarium

COrollarium ſecundum, nõ ſequitur, hoc ſacramentum non eſt neceſsitatis. igitur quilibet licite quolibet tempore poteſt ab illo abſtinere. patet, quia quilibet ſemel in anno ceteris paribus ſub pœna peccati mortalis tenetur ſacramentaliter communicare, vt habetur in ca. Omnis vtriuſq; ſexus, de pœnit. & rem.

COrollarium tertium, quod quidam ponunt, probatur. Chriſtus Dominus noſter inſtituit laycam ſacramentalem communicationem, nec ſub vna nec ſub duabus ſpeciebus a fidelibus vſque ad finem ſeculi practicandam. patet, quia Chriſtus in vltima cœna inſtituit Euchariſtiæ ſacramentum. Sed communicatio layca sacramẽtalis ſub vna, vel duabus ſpeciebus nõ eſt Eucharistiæ ſacramentum, igitur Corollarium verum. maior patet, Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. Vbi habetur, ꝙ Dominus Ieſus in vltima cœna, accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditq; Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, &c. Vbi dicit Venerabilis Beda, Finitis Paſcæ veteris ſolemniis trãſit ad nouum, vt ſcilicet pro carne agni & ſanguine ſui corporis ſanguinisq; ſacramentũ ſubſtitueret. hæc ille. Sed minor patet, quia communicatio layca ſacramentalis non eſt aliud niſi operatio oris layci, & ſumptio euchariſtiæ. Modo talis oris operatio & ſacramẽti ſumptio non eſt ſacramentũ: Sed illa operatione recipitur ſacramentũ: Etiam

ſacramenta

sacramenta dicuntur quasi res sacræ ex eo, quia de sacro Christi corpore,& de ipsius vulneribus originantur & manant,vt dicunt Doctores. Sed sacramentalis laycorum communicatio, vt sic non est res sacra, cum sæpius fiat cum peccato, & æterna damnatione communicantis, igitur Corollarium.8.&c.

COrollarium quartũ addũnt,dicentes Christum in vltima cœna laicam communicationem, vtriusque speciei ad nouissimum diem esse practicandam instituisse, non bene, secundum eos dicit.patet quia Christus in vltima cœna nõ instituit laicam communionem, vt dicit Corollarium præcedens,ergo verum,&c.

COrollarium quintum, Christus vniuersale utriusq; speciei sacramentum in vltima cœna instituit pro sacrificio, patet ex præcedentibus,& specialiter est de intẽtione beati Crisost. in quodã sermone de passione Domini, sic inquientis, pura sit mens recipientis eucharistiã, puraq; cogitatio, quia & sacrificium purum est. Et in Omelia quadam tractans illud Matth. 26. Accipiens calicem gratias egit,&c.dicit.Si figura huius sacrificii,scilicet imolatio agni pascalis liberauit populum ab Aegyptiaca eruitute, multomagis veritas liberabit orbem terrarũ. Concordat beatus Hieronymus super illo, Matt. 14. Iam non bibam de hoc genimine vitis,vsque ad diem

diem illum cum bibam illud nouum in regno Dei, dicens. Considerandum autem ꝙ Dominus hic mutat sacrificium, sed non mutat tempus, vt nos nunquam cœnam Domini ante Lunam. 14. faciamus. hæc ille. Et Remigius tractans illud, Mat. 16. Cœnantibus illis accepit Iesus panem, dicit, Congruenter etiam iussit offerri, quæ de terra nascuntur, ut homines de labore manuũ suarum, sacrificium Domino offerrent. Et beatus Augustinus in vno sermone de Parasceues, dicit, Nouum est altaris sacrificium, quoniam & imolatio noua, & admirabilis. Ipse enim erat hostia & sacerdos hostiã offerẽs: ipse erat hostia, secundum carnem: sacerdos, secũdum spiritum. Idem erat, qui offerebat. Idem Augustinus in quarto de Ciuitate Dei, dicit, Verus ille mediadiator accipiens formam serui, sacerdos est offerens ipse, & oblatio, cui rei sacramentum quottidianum sacrificium ecclesiæ est. Idem in de natiuitate Beatæ Virginis, dicit. Redemptor noster seipsum obtulit pro nobis Patri offerens, factus est sacerdos sacrificiũ & precium. Item beatus Greg. in Omelia pascali, dicit. Calix quem sacerdos sacrificat non est alius ab eo, quem Christus Apostolis tradidit. Item Innocentius 3. in officio missæ, in prohemio dicit, Hoc aũt officiũ missæ Christus instituit, in quo ecclesiam consecrauit. Cœnantibus autem illis accepit panem, & fregit, deditque Discipulis suis, dicens, Accipite, & comedite, &c.

Hæc

Hac institutione formati cœperunt sacrosanctũ frequentare misterium secundum eam formam, quã Christus expresserat in sua cœna. Et sic Discipuli ritum huius sacrificii a Domino didicerunt. Et beatus August. in lib. de fide ad Petrum, parte. 2. ca. 16. dicit, Sacrificium panis & vini in fide & charitate, sancta & catholica ecclesia, per vniuersum orbem terrarum offerre non cessat pro remissione peccatorum. Et beatus Bernardus in Epistola ad Petrum, dicit, Dominus sponsæ suæ dotalitium indulsit, vt teneret memoriale dilecti filii sui, & sic ordinauit hoc sacrificium corporis & sanguinis, formamq; expressit, & idẽ fieri præcepit. hæc ille. Et Villhelmus in sacramentali super Canonem dicit, Hanc igitur institutionem celebramus per misterium, quæ semel celebratur in precium. Christus enim corpus & sanguinem tradidit, vt hoc sacrificiũ memoriæ commendaret. hæc ille. Et S. Thom. super 4. sententiarum distin. 8. in illa q. vtrum eucharistia sit sacramentum, dicit, Quãtum ad originem respiciendo, hoc sacramentum vocatur sacrificium: sed quantum ad significatum, & non contẽtum, quod est corpus Christi misticum, dicitur communio. Et in hymno de corpore Christi dicitur, Sic sacrificium istud instituit, Cuius officiũ committi voluit, Solis presbyteris, quibus sic cõgruit, vt sumant & dent ceteris.

COrrolariũ 6. nõ sic Christus hoc sacrificiũ sub duplici specie populo ministrari pcepit, sicut

sicut in altari offerri instituit, sed modo ecclesiæ, & Apostolis reliqt. prima pars, quia si Christus sic sub vtraq; specie populo ministrari præcepisset, sicut in altari offertur, indubitāter ecclesia in hodiernum diem hoc obseruasset, cum nō est de more ipsius ecclesiæ præcepta Christi violare, nec ipsa intantum est destituta, ꝙ præcepta Christi violaret: qualiter enim tunc spiritu sancto duce regeretur? Ex quo igitur ecclesia sub vtraq; specie laicis hoc sacramentum nō ministrat, signum certum & euidens est, ꝙ Christus sic fieri non præcepit. Sed quemadmodum dicit secunda pars Corollarii, modū Apostolis & sequacibus ipsorum, & ecclesiæ sanctæ reliquit. Vnde dicit Innocent. in sua Summa de officio missæ libro.4. post quam cœnatum est. quo autem ordine deinceps hoc sacramentū sumeretur Saluator disponendum Apostolis reliquit & reseruauit. Et beatus Augustinus ad Ianuariū dicit, Saluator namq, quo vehementius cōmendaret mysterii huius altitudinem, vltimū voluit hoc infigere cordibus Discipulorum, a quibus per passionem digressurus erat, & ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesiam dispositurus erat, seruauit hunc locum. hæc ille. Et prædictæ duæ auctoritates non solum de ordine, sed de modo communicationis quomodo fieri habeat, an sub vna vel duabus speciebus intelligantur, sic ꝓbantur. Quicqd Christus nō ꝑcepit, nec sacra scriptura

determinauit,hoc dispositioni Apostolorum,& sequentibus sanctis patribus, & ecclesiæ sanctæ relictum est. Sed sic est de modo sacramentali cõicandi laicos,ergo relictus est ecclesiæ, & per cõsequens, sic ipsa ecclesia hũc modo practicat & obseruat: Ita ẽt a quolibet fideli ceteris paribus talis modus est practicãdus,& obseruandus.

Corollarium septimum,probabile est Apostolos in cœna Domini figurã gessisse Episcoporum, & non laicorum sub vtraque specie communicandorum. patet Corollarium auctoritate Venerabilis Bedæ super illo Lucæ.10. Post hæc designauit Dominus Iesus,& alios 72. Discipulos.Sicut.12.Apostolos formã Ep̃orum p̃mõstrare nemo est,qui dubitat,sic & hos 72.figuram sacerdotũ inferioris ordinis gessisse sciẽdum est.hæc Beda. Sicut.n.Doctores dicũt,quãdo Christus. 12. discipulos ante suã passionem ad Apostolatum vocauit,statim eos, in Episcopos elegit,& sic virtualiter Episcopi fuerũt ipsorum figuram gerentes.Vnde Mat.10. dicitur.Et conuocatis.12. discipulis suis dedit eis potestatem spirituum immũdorum.& post pauca subditur ibidem. Euntes prædicate dicentes,quia appropinquabit regnum cœlorũ. In quibus verbis tangitur auctoritas Episcopalis,videlicet p̃dicare,& potestatem super spiritus immundos habere. Et Innoc.sua summa de officio missæ lib.1. ca.6.dicit. Verum in nouo testamento Christus

maiores,

maiores, & minores sacerdotes instituit. s. 12 Apostolos, & 72. Discipulos, quos præmittebat binos in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Et infra Christus Apostolis suis Discipulos addit, quibus illi suis pdicationibus totum orbem impleuerunt. Apostolorum itaq; vices maiores obtinent sacerdotes. i. Episcopi: minores vero. i. præsbyteri discipulorũ, hæc ille. Et Scotus super. 4. sent. distin. 8. in illa. q. Vtrum illa sit præcise consecratio eucharistiæ, quæ ponitur in Canone missæ dicit, quòd Dominus noster per ista verba, Accipite hoc est corpus meũ, & hoc facite in meam commemorationem, cõtulit Discipulis potestatem consecrandi, & ordinauit eos sacerdotes simul cum prolatione istorum verborum: deinde dedit eis hoc sacramentum. Et hodie Episcopi in assignatione ordinis sacerdotalis prius dant sacramentum ordinis, & postea eos communicant, qualiter etiam Christus videtur fecisse. Ex quibus patet, quòd Apostoli prius facti sunt sacerdotes, & Episcopi, & post sacramentũ eucharistiæ susceperunt, & per consequens non laicorum, sed Eporum, & sacerdotum figurã gesserunt, cum prius Christus ptulit verba consecrationis, quam eos communicauit, & simul cũ platione eos in sacerdotes ordinauit, & postea cibauit. Sic & hodie sacerdos prius omnia verba cõsecrationis pfert, & deinde sacramentum sumit. Consimiliter loqtur Petrus de Palude in tractatu suo de immediata causa

ecclesiasticæ potestatis, dicens, Accipite.s. potestatem celebrandi, & hoc facite.i.potestatē consecrādi accipite, & statim Apostoli potestatem sanctificandi acceperunt. hæc ille. -Et probatur Corollarium ratione. Si Apostoli in vltima cœna gessissent figuram laicorum, tunc Christus in ea instituisset laicam cōmunionem, & non commisisset eam Apostolis disponendam, cuius falsitas patet ex Corollario præcedenti, & cōfirmatur, taliter se Apostoli in cœna Domini habuerunt, qualiter ante passionem electi fuerint. Sed ante passionem fuerunt electi Episcopi. ergo in cœna se taliter habuerunt. & per consequens tipum sacerdotum & non laicorum gesserunt. maior nota est, sed minor patet, quia Christus ante passionem dixit, Matt.16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et ibidē. Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. Vbi Christus mentionem facit de clauibus regni cœlorum, quæ sunt potestas sacerdotalis, seu Episcopalis.

Corollarium octauum ritus communicandi laicos sacramentaliter sub vtraq; specie nō est de præcepto Christi. patet quia Christus nullibi in Euangelio ritum præcipit. Igitur Corollarium verum assumptum patet, quia si alicubi præciperet, maxime Ioan.6. In illa litera, nisi mā ducaueritis, &c. Cuius falsitas patet, ex dictis in secunda parte principali. Et arguitur ratione. Si

ille

ille ritus communicãdi laicos eſſet de præcepto Chriſti, tunc eſſet de neceſsitate ſalutis. Cuius falſitas patet, ex dictis in ſecunda parte principali, vbi multipliciter eſt oſtenſum nõ eſſe de neceſsitate ſalutis illum communicandi ritũ. patet tamen conſequentia, quia omne præceptũ Christi eſt de neceſsitate ſalutis, eo ꝙ violatio eius inducit peccatum mortale, propter quod homo damnatur. Etiam quia Chriſtus nihil præcepit, quod non eſſet de neceſsitate ſalutis.

COrollarium nonum habẽdo reſpectum ad præciſam in auctoritate Chriſti Ioannis.6. Niſi manducaueritis, &c. terminorum ſignificationem, manifeſte patet ꝙ expoſitio de ſacramẽtalibus ſpeciebus, & omnino impertinẽs, & extranea, prout ly, niſi, dicit, præceptum patet, ex Corollario præcedenti. Et ſi per aduerſarium Chriſtus in illa auctoritate præcepiſſet ſacramẽtalem ſub duplici ſpecie laicorũ communionẽ, ſequeretur ꝙ omnes laici iam a longiſsimis temporibus eſſent damnati, eo quòd ſacramentum illo modo nõ receperunt, nec ſibi ſic miniſtrari petiuerunt, ſicut tamẽ ex lege & Chriſti ꝑcepto tenebantur, nec de hoc pœnituerunt, quia nullã conſcientiam de hoc habuerunt, cum credebant ſe bene facere & non male, nec excuſat eos ignorantia cum ſic communicare per aduerſarios ſit lex diuina & Chriſti præceptum in ſacra ſcriptura explicite poſitũ, contra quod non licet facere

aliquo modo. Si enim aliquis ignorans fornicationem esse contra præceptum Christi fornicatur, non per hoc excusat a mortali, & si Prælatus docet subditos hæresim aliquam, vel manifestũ errorẽ, & populus sic credat, per hoc tamen non excusatur, per illud Matt. 15. Si cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foueã cadunt: ita etiam in proposito non excusatur populus, & non in communicando, aut non petendo communionem sub vtraq; specie, sicut non excusatur adultus, qui ex ignorantia non baptizatur, nec petit baptizari, alias infideles excusarẽtur, aut qui fornicarentur ex ignorantia, & alias hoc nephas nõ facturi. Item sequeretur, ex eodem fundamẽto, ꝙ omnes sacerdotes, qui ab initio huius consuetudinis, vsq; nunc, curam animarum habuerunt, essent damnati. & falsitas patet, quia multi ex eis mortui sunt sancti, prout euidentibus signis, & miraculis eorum sanctitas est ostensa, & declarata. patet tamen consequentia, quia secundum aduersarios omnes illi obligabãtur ex Christi p̃cepto ministrare Christi fidelibus hoc sacramẽtum sub duplici specie, & hoc facere neglexerũt, imo nec facere voluerunt, & ita populum priuauerunt iure suo, quod habuit in huius sacramenti perceptione, impedientes ipsum in augmento salutis suæ, aut certe in totali salute. Sed sic impedire, & priuare populum esset immane, & grande peccatum. Si enim aliquem spoliare honore, rebus, aut iure, quod habet in aliqua possessione;

magnum

magnum eſſet peccatum, quanto magis ſpoliare aliquem iure, quod haberet in perceptione tantæ rei graue eſſet peccatum? Item huiuſmodi ſacerdotes non ſolum non miniſtrant, & miniſtrauerunt populo hoc ſacramentum ſub duplici ſpecie, ſed etiam docent, & docuerunt, quòd duplex ſpecies non eſſet neceſſaria, nec eis miniſtranda, ſed quòd vna ſufficeret. Et in hoc iterum ſecūdum aduerſarios peccarent, & peccaſſent grauiſſime docendo errorem contra præceptum Diuinum, & faciendo gregem ſibi commiſſum, in tam magnis & altis errare, ſicut magnum eſſet peccatum, ſi prȩlatos doceret ſubditos idolatrare. Sic autem damnare totum populum Chriſtianum, vel eius partem maiorem, & ſaniorem, tam in clero, quam in vulgo, ex paruis argutiunculis, propriis phātaſiis, & ſine euidentiſſimis, & luce clarioribus motiuis, eſt nimis temerarium, fatuum, præſumptuoſum atque dignum deriſione.

COrollarium decimum, nō ſequitur quidam non auctentici, & modicæ auctoritatis dicunt, & aſſerunt ex propriis phantaſiis euāgeliū Ioannis de communione ſacramentali, vtriuſq; ſpeciei debere præceptiue intelligi. Igitur præceptum Chriſti laicos ſub duplici ſpecie communicare, patet, quia antecedens eſt verum, & conſequēs eſt falſum, quia contra prædicta. Etiā quia propter meum affirmare, vel negare nihil ſequitur. primo periermenias.

COrollarium vndecimũ.Non eſt præceptum Apoſtoli, quòd communis populus debeat generaliter ſub vtraq; ſpecie communicari.patet quia attentis omnibus ſcriptis ipſius, & habẽdo reſpectum ad ſignificationes terminorum,non reperitur,quòd alicubi illam præciperet,& ſi eſſet de ipſius præcepto, vtiq; expoſitores aliquã de illo in ſuis expoſitionibus,& gloſis tetigiſsẽt, quod tamẽ nuſquam inuenitur. Etiam ſi ſic ipſe aliis fidelibus qbus ſcripſit epiſtolas de illo præcepto,ſic ad ſalutem neceſſario feciſſet mentionem, & ſpecialiter Romanis, qui ceteris potentiores,& caput mũdi,pro tunc exiſtebant,& Hebræis, qui illo tempore in lege fuerũt eruditiores,quibus ipſe tamẽ de hoc nihil ſcripſit, & videtur ſi illa communicatio fuiſſet de præcepto, quòd alii Apoſtoli cõmunitatibus quibus præfuerunt de ea in ſcriptis ſuis, vel praxim aliquã reliquiſſent,quod tamen non inuenitur factum, vt patet in epiſtolis Iacobi,& Petri, Ioannis, & Iudæ,& in tredecim epiſtolis beati Pauli.Et beatus Lucas de ſola communicatione,& fractione panis fecit mentionem, vt patet Act.2. Item ſi Chriſtus Dominus noſter non præcepit laicis ſub duplici ſpecie communicare, tunc nec Paulus hoc præcepit.Sed Chriſtus non præcepit laicis,ſic communicare,ergo &c. Conſequẽtia nota eſt. Sed maior patet,quia Paulus ſuam traditionẽ a Chriſto recepit, vt per ſe fatetur, prima ad Cor.11.dicens Ego accepi a Domino, quod & tradidi

& tradidi vobis, &c. Sed minor patet ex præcedẽtibus. Item si Paulus præcepisset illam communicationem, vel igitur præcepto generali, vel speciali. si secundum, tunc solum Corin. obligasset, quibus hanc scripsit epistolam, & sic tota ecclesia ad illius præcepti obseruantiam non obligaretur. Si autẽ generali, hoc non, quia nullus Episcopus simplex, & inferior põt imponere onus seu statutum vniuersali ecclesiæ, sine superioris, vel superiorũ auctoritate, & approbatione. Sed beatus Paulus fuit inferior dicto Petro in auctoritate eo, quòd Petrus fuit vniuersalis ecclesiæ Pontifex, & pastor. Paulus vero, quo ad hoc sub eo, nec videtur, quòd Petrus illam communicationem auctorizauerit, & acceptauerit, tãquam præceptoriam pro omnibus futuris fidelibus, quia tunc vtiq; ecclesia ipsam in vsu, & praxim haberet eo, quòd præcepta Apostolica non cõsueuit immutare, ergo &c.

COrollarium duodecimum: Si non peccat sacerdos in bona sexta feria sub vna specie communicans: Sic nec laicus eucharistiam sub sola specie panis recipiens. patet, quia non videtur ratio quare vnus peccaret, & non alius: Sed quòd sacerdos sic communicando non peccet, patet ex statuto ecclesiæ in cap. Sabbatũ. de cõse. dist. 3. vbi dicit eximius Innoc. vt traditio ecclesiæ habet, isto biduo sacramenta pœnitus non celebrantur. Et loquitur canon de magna sexta

feria

feria,& sabbato sequenti. Et si dicitur tamen in primo sabbato missa celebratur, vt ex vsu, & cōsuetudine quasi omnium ecclesiarum. Respondetur, quod illa missa ad noctem sequentem dicitur pertinere, vt patet ex collecta, dicēte, Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ resurrectionis illustras, &c. Sed manifestum Christum in sabbato non resurrexisse, ergo, &c.

COrollarium tredecimum, errant qui dicunt sacerdotes, ideo esse sacrilegos, & peccare mortaliter, quia sexta feria sacramētum sub vna specie recipiunt,& illo modo laicis ministrant. patet ex dictis, nec tamen sacerdotes contra canonem Gelasii Papæ, qui incipit Comperimus, faciunt, quia ille solum de sacerdotibus sacrificantibus, vt sæpius dictum est, debet intelligi, sed illo die sacerdotes non sacrificant, neque consecrant, vt ex Corollario præcedenti, ergo &c.

COrollarium quartumdecimū, grauiter peccant, qui in eadem sexta feria sacramētum eucharistiæ consecrāt, & sub utraque specie ipsum sumunt. patet, quia tales contra statuta, & consuetudinē ecclesiæ Romanæ faciūt, quæ caput est, & rectrix omnium aliarum. a cuius regulis nullatenus decet deuiare, vt dicit Canon. 12. distinctione, non decet.

Corollarium

COrollarium decimumoctauũ, ritus cõmunicandi laicos ſub duplici ſpecie ſacramentali, non eſt articulus fidei, dicitur illud ad quod credendum arctat nos fides, ſicut Deum eſſe trinum, & vnum, & ſimilia. Modo ſic non arctamur ad credendum illam cõmunicationem ſacramentalem laicam ſub duplici ſpecie eſſe neceſſariam. ergo &c. Etiã ſi oppoſitũ Corollarii eſſet verũ, & ipſum falſum, ſequeret̃, ꝙ quicunq; non teneret & practicaret, non tenuiſſet, & practicaſſet illum articulũ hæreticus eſſet. cuius falſitas patet, quia ſic multi ſancti iam ab eccleſia canonizati hæreſi eſsẽt maculati, & hodie maior & ſanior pars chriſtianitas eſſet hæretica, & hæreſi maculata, eo quòd illum articulum non habet in praxim, nec ipſum obſeruat, & tenet. Hoc autem dicere eſt fatuum, & irrationabile, omni carens fundamento, ut ex prædictis patet. ergo &c. Et confirmatur. Cum hæreſis, ſeu propoſitio hæreticalis, ſit proprie aſſenſus repugnans alicui veritati aſſertiuæ in ſacra ſcriptura poſitæ, tunc omnes adulti, tam clerici, quam laici, iam a longisſimo tempore erraſſent in fide, & tenuiſſent hæreſim, eo quòd tenuiſſent, & credidiſſent aſſertionem contrariam Diuinæ legi, ac articulo fidei, quia Prælati Doctores ſimplices, clerici, ſeculares, & religioſi crediderunt, ac defenderunt, credunt ac defenſare perſiſtunt, docent & docuerunt verbo & praxi, quòd laici non tenentur ſub

vtraque ſpecie communicare. Et quòd ſic cōmu nicare non ſit articulus fidei, imo quod licitum eſt eis, nunquam ſic communicare, neq; illo modo communionem deſiderare, & quòd poſſunt ſaluari nunquam re vel voto, manducando corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & bibendo ſanguinem Chriſti ſacramentaliter ſub ſpecie vini. Et omnis populus idem firmiter credit, taliter edoctus a clero, verbo, & practica per multos annos irrefragabiliter cōtinuata. dicere aūt omnes tales errare, & per multos annos erraſſe, videtur eſſe contra articulum, vnam ſanctam eccleſiam. Quomodo.n.eſſet vna, quæ nō eſſet vinculo fidei colligata, aut quomodo eſſet ſancta, cum & tanto tēpore fuiſſet, quo ad omnes adultos, hæreſi maculata? Inſuper nunquam a tēpore Apoſtolorum vſque nunc aliqua hæreſis quantacunque violentia, aut aſtutia ſit in vniuerſalem eccleſiam introduci potuit, vt ab omnibus crederetur, & teneretur. Sed omnis talis habuit aliquos ei contradicentes, aduerſantes, & reſiſtentes, igitur a ſimili. Si communicatio laica ſub ſola ſpecie panis fuiſſet, aut eſſet error, & contra fidem Chriſti, nunquam fuiſſet ſic generaliter in eccleſiam introducta ab omnibus credita, obſeruata, & per tam longa tempora practicata cōtra illud verbum Chriſti, Mat. 16. Et portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam. Si enim in decem tribubus populi Iſraelis ad idola cōuerſis, Dominus reſeruauit ſeptem milia virorum, qui non incuruauerunt

uauerunt genua ſua ante Baal. 3. reg. 19. Et ad Rom. 11. quomodo Chriſtus ſuam dereliquiſſet eccleſiam,& ipſam ſic habuiſſet exoſam,vt in ea omnes adultos,ac hæreſi tanto tempore permiſiſſet maculari? abſit hoc cogitare longe a fidelium cordibus chriſtianorum,propter tria, nunquam inoleuit in eccleſia cõſuetudo aliqua ſcrupulum habens, quin aliqui iſtã impugnauerint, eius ſcrupulum,aut periculum,quòd poſſit in ea detegendo, vt faciliter poſſit exemplificari de multis. Sed cõſuetudinem de qua ſermo,iam lõgiſſimo tempore nullus maximorum Doctorũ, & optimorum virorum reprehendit.Sed omnes de ea ſcribentes ipſam laudant, omnes laici ipſam tenent,& practicant,quod non facerent, ſi illa praxis eſſet mala,& cõtra fidem Chriſti.Multi autem reperiũtur Doctores,tam ſancti, quam ſcholaſtici, qui reprehendunt, & prohibent laicam ſub duplici ſpecie communicationem, vt S.Tho. Alexander de Hal. Bonauentura,Petrus de Tarentaſia, Richardus de Mediauilla, Lyra, Thomas de Argentina,& omnes Doctores Cõcilii Cõſtãtienſis, ſimiliter & determinatio eiuſdem,vt ex ſuperius dictis manifeſte patet, quod nullo modo facerent ſi illa communicatio eſſet articulus fidei,& Corollarium verum.

COrollarium decimum ſeptimum. Non ſequitur,populus in primitiua eccleſia ſumebat euchariſtiã ſub vtraq; ſpecie. igitur in moderna,

derna, sic debet communicare, quia in simili datur instantia. In primitiua Ecclesia baptismus fiebat sub hac forma, Ego baptizo te in nomine Domini nostri Iesu Christi. Igitur in moderna Ecclesia baptismus debet fieri sub eadem forma. antecedens est verum. vt patet, Act. 2. 8. & 10. & consequens est falsum, quia contra illud, Matth. 33. Euntes ergo docete omnes gētes baptizantes eos, In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. & contra consuetudinem Ecclesiæ vniuersalis. Sic etiam non sequitur, in primitiua Ecclesia sacerdotes licite habebāt vxores, ergo in moderna, & præsertim in occidentali licite habent, & habere possunt eas. patet, quia antecedens est verum dicente Apostolo ad Thi. 3. oportet Episcopum irreprehēsibilem esse, vnius vxoris virum. Et ad Tit. 1. Reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates præsbyteros, sicut & ego disposui tibi. Siquis sine crimine est vnius vxoris vir, filios habens fideles, &c. Et tamen cōsequens est falsum, quia contra statutum sancti Calixti Papæ, ꝙ Ecclesia occidentalis & Latina approbauit & ratificauit, nec etiam sequitur in primitiua Ecclesia multo tempore eucharistia cōficiebatur in fermētato, igitur hodie sic fieri debet & confici. antecedens est verum, vt ex prædictis.

COrollarium. 17. non sequitur. In primitiua Ecclesia cōicatio laica duplicis speciei fuit meritoria & licita, igitur in moderna Ecclesia practica

practica eiusdem,& sine peccato,& salutifera.pa tet, quia antecedens est verum, & consequens est falsum. vt patet ex prædictis.

COrollarium 18.Aduersarii fidei dicentes,ꝙ ritum cõicandi sub vtraq; specie quo ad lai cos non potuit, nec potest, nec poterit tollere, aut annullare,seu cassare cõstitutionem summi Pontificis, aut decretum Concilii generalis,aut consuetudo quæcunq; Ecclesiæ vniuersalis, er- rãt,& falsum dicũt.patet Corollariũ ex dictis.Et ꝓbatur rõne.Si ecclesia non posset,aut potuisset hunc ritum quo ad laicos immutare maxime, & ꝑcise ex illa,tam quia ritus cõicandi est de Chri- sti præcepto,& de lege Diuina,& articulus fidei vt dicunt aduersarii, qui solum hoc habent pro ratione. Sed ex iam dictis constat,ꝙ ille ritus nõ est de præcepto Christi, nec articulus fidei, igi- tur euidenter patet, ꝙ ecclesia potest, & potuit mutare & tollere dictũ ritũ,& ita fecit rõnalibus ex causis in tertia parte positis, & a longissimo tempore continuatis, & firmata consuetudine ad sui obseruantiam obligante, quia vt dicit 11. dist.Consuetudinem laudamus,consuetudinem tamen qua cõtra fidem catholicam nil vsurpare dinoscitur.Et idem c.Cũ vero,dicitur.Cũ vero, nec sacris canonibus,nec humanis legibus con- suetudo obuiare monstratur, inconcussa ser- uanda est.Et distinct.decimaseptima.c. Id dicit canon ex verbis beati Hieronymi ad Lucianum. Illud breuiter te admonendũ puto, traditiones

ecclesiasticas,

ecclesiasticas, præsertim quę fidei non officiant, id est, noceant, ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt, nec maiorum consuetudinem aliquorum contrario more subuerti. hæc ibi.

VLtimo sequitur ex dictis Corollariis, quòd prædicti præsumptores, & aduersarii expositione sua friuola in plura incidũt inconuenientia merito a fidelibus detestanda. Primo, quòd ipsi vehementer præiudicant sacræ scripturæ in eo, quòd dicũt aliquod esse de Christi præcepto & de diuina lege, quod tamen non est tale, & sic quantum in eis est, verbis diuinis, & veritatibus catholicis aliquid addunt, tanquam veritatem catholicam, & tanquã de necessitate credendũ, & tenendum, quòd non est tale facientis in hoc cõtra illud Prouer. 30. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperãtibus in se, ne addas quicquam verbis illius, & arguaris inueniarisq; mendax. & quia contrarium faciũt, merito incidunt in plagas contra eos, & eis similes in lib. Apoc. fulminatas. Vnde ibid. cap. vlt. dicitur. Si quis apposuerit ad hæc apponat Deus super illum plagas in hoc lib. descriptas. Secũdo, quòd inducũt simplices laicos & clericos in errorem, quòd aliquid credant esse de pręcepto Christi, de necessitate salutis, quod non est, nec unquam fuit tale. Tertio, quòd omnes, & fideles catholicos a principio huius praxis, vsq; in præsens, dicunt esse in statu damnationis, sicq; suos progenitores,

Volume restaurato presso il Laboratorio di Restauro della Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze



segnatura 714.1 **vol. n°**

restaurato nell'anno 2007

smontaggio	totale	supporti	linguette di pelle allumata
spolveratura		cucitura	intrecciata
fissaggio		indorsatura	carta giapponese e cotone
lavaggio		capitelli	lino
deacidificazione		quadranti	senza
rinsaldo		ancoraggio	infilato
rattoppo	carta giapponese e Tylose mh 300 p	lacci/fermagli	lacci
velatura		coperta	pergamena floscia
imbrachettatura	carta giapponese e tylose mh 300	segnatura e titolo	impressione indiretta
carte di guardia	tredi 20231 C	dorso	staccato



